Intelligibilia oīa exordiu⁹ facit ab his que ad genus itelligibi- le tanqz vltima redigunt. Ab ania. s. vege- tali pergēs ad sensualē. Ab hac ad imagi- nantē. Hinc ad aniam quasi rōnalē saga- cissimarū s; bestiarū. Hinc ad rōnalē. id est humanā. ab ipa hui⁹ rōne ad eiusdē intelligentiā/hinc ad angelicū itellectū. ¶ Ab intellectu ad ideas. Sūt em̄ idee in intellectu quasi celo stelle. Que in itel- lectu angelico sunt eius supremuz. Sed in diuino quasi sūt vltimū. Inter ideas collocat ideas numeroz/moz vero pro- portionū numeros comitantū. Ubi cō- memorat ordinē. Itē ideas dimensionum que resoluunt in numeros. Ubi de ma- gno paruo equali loquit. Preterea quali- ratum ideas suis qdāmodo dimensionibz indigentū. Ubi similitudinē dissimili- tudinēqz adducit. Tum vero ideas acci- onū que sequunt ex q̄litate. Loquēs vi- delicet de motu atqz quiete. accedūt idee formaz substantialiū. s. elemētaliū sub po- tentie noīe. Idee rursus celestīū sub lumi- nis cognomēto. Idee quinetiā aiaz cor- poribz cōiunctaz appellatōe vite. Itē se- paratū sub essentia cōgmento angelozū quoqz eternitate signate. Eternitas autē secū trahit temp⁹ velut imaginē. Demū idea ē dīne fructiōis sub itelligibili tactu ¶ Hacten⁹ de sublimitate dīna negauit et dotes aniaz mētūqz et oēs q̄ quocūqz intelligunt ideas. Et merito/qm̄ eiusmodi quis idea singularim definitū qdā ē. ac sūt cūcre ppositū. Preterea de⁹ agit oīa parit et in oīa. idee p̄o ita iter se distinguū- tur/ut nō possint ab vna oēs esse. Immo et opponunt. s. idea stat⁹/idee mor⁹. Simi- tudo ideal. ideali dissimilitudini. de⁹ igit cū ideas oēs eq̄liter pferat. Nec aliq̄ earū est q̄ itelligunt a nob neqz etiā cūcre. S; q̄s nō viderit: si de⁹ ipē idea puitat⁹ sūt aut mor⁹/aut diuersitatis: nō effecturuz magnitudinē et statū et vnionē. Quibus at rōnibz talia qdā d̄ ipō vno plato i p̄mē- tarijs i p̄menidē neget et plixū narratu fo- ret et p̄ntia mīme necessariū: de his enī i parmenidē disputamus ¶ Negat p̄ hec absolutas qdā appellatōes: q̄ cōiter deo

B 2



digne vident. **U**bi ad veritatē appellatio  
nē puenit reliqz qz silium. tollit tandem e  
medio notiōes hūanas de relationibz il  
lis quibz dīne psonē inter se distinguunt.  
**N**otiōes em̄ eiusmōi itelligibiles sūt po  
tius qz dīne p̄ itelligētiē captu conce  
pte. **I**mmo r̄ q̄cunqz sublimius a sup̄e  
mis angel' naturaliter p̄ceptē sunt/ deo i  
feriores existūt. **P**ocet r̄ p̄gnitōis mō  
dū/ qm̄ est actio intus pmanens/ p natu  
ra cognoscētis effici ideo nec aliqd̄ entū  
intellectualit̄ cognoscere alit̄ qz essentiali  
intellectualit̄ rōne. **T**alesqz p̄ceptus in  
tra se formare. **I** deū essentia/ intellectu i  
telligibili lōge sup̄iore/ eiusmōi notiōibz  
mime circūscribi. **S**z verisim̄ tūc itelligi  
qñ iudicatur absolute itelligi nūqz posse.  
**A**ū vero deū inq̄t oīa q̄ sūt cognoscere/ nō  
ea p̄ditione q̄ sūt. s̄z p̄ natura dei. **E**ssētia  
igit' (vt ita dixerī) sepe itelligit: imor  
sup̄intelligit. **A**lta vnice. **C**ōposita sim  
plicit̄ imutabiliter mutabilia. **P**nti mo  
mēto p̄terita parit̄ r̄ futura velut sibi cō  
cta p̄sentia. **A**it deinceps nec figurari  
quidē r̄ designari deū p̄ q̄ forsan designa  
ri putat. **N**ec em̄ sermonē nos h̄re d̄ deo  
qz neqz nomē ex q̄ fmo p̄ponit. nō in quā  
nomē. **Q**m̄ neqz cognitionē. **Q**ue qdē est  
ratio/ platī noīs p̄mūqz nomē. s̄z hec satis  
in p̄menide **P**lato declarat. **V**idebit̄ igit'  
tur de' esse tenebre. i. ipm̄ olm̄ obscurissi  
mū. **S**z quō. **A**ū clamēt esse deūz tanqz  
oīm̄ vbiqz notissimū. putabit aliqz vicis  
sim deū appellari posse lumē. i. oīm̄ notis  
simū **S**z q̄ nā pacto. cū oīa finita testificē  
tur ignorare qd̄ sit ipm̄ qd̄ oēs infinitū p̄  
culdubio p̄fiterē. nec oīno vere de dō ho  
mines sentiūt/ q̄ p̄ceptū humanū sup̄at i  
finite. nec errāt oīno de deo: a q̄ oē votuz  
et iudiciū opusqz bonum assidue pendet  
**T**ollit deniqz deo/ r̄ affirmationes et  
negationes. **Q**ue tñ aliqñ vīse sunt diuī  
nitati rōne aliq̄ cōuenire. **S**z reuera qd̄  
nūqz attingim' nec ponere possum' nec  
auferre. **S**z q̄ sunt post ipm̄. **S**i em̄ vni  
ip̄i bono bonoz oīm̄ auctori nihil deest  
boni: quid nā boni huic possum' adhibe  
re. **R**ursum si de' est eminētia simplicissi  
ma/ ab oībo penitus absoluta/ non potes  
huic auferre quicqz. quia nec assequeris  
qd̄ semp̄ eminet: neqz diuidis: qd̄ oīm̄ in

diuiduoz simplicissimū r̄ absolutissimū  
iudicat.

**Q**uod nullū itelligibiliū ē qui i  
telligibilis oīs eminēter ē auctor.

**Byonisi'.**

**T**erū ascenden

tes dicimus deū nec esse aniam.  
nec habere sensum vel phantasi  
am/ vel opionē/ vel ratōnem/ v̄ itelligē  
tiā. nec esse intellectū. neqz intelligentiā.  
nec dici. nec itelligi. **N**ec esse numez  
nec ordinē. nec magnitudinē. nec paruit  
tatē. nec eq̄litarē. neqz similitudinē. vel dissī  
militudinē. nec stare. nec moueri. vel qui  
etē agere. **N**ec habere potētā/ nec esse  
potētā. neqz lumē. neqz vitā. nec essentia  
nec eternitatē aut tps. nec esse tactū ip̄ius  
intelligibilē. neqz scientiā. **Q**uinetiā  
neqz est veritas. nec regnū. nec sapia. nec  
vnū. nec vnitas. nec bonitas. nec deitas.  
**N**ec sp̄s ē quēadmodū ip̄i p̄p̄edim'.  
nec p̄nitas est eiusmōi. nec rō filij. **N**ec  
q̄ aliud quicqz eoz q̄ nob̄ vel alijs rebus  
vllis sit cognita. **N**ec est aliqd̄ eoz q̄ non  
sūt: vel eoz q̄ sunt. **I**tē nec ea q̄ sūt/ deum  
sic est ip̄e cognoscūt. **N**ec de' res p̄ ip̄a re  
rū p̄ditione cognoscit. **N**ec ip̄i' dei fmo  
est. neqz nomē. neqz p̄gnitio. neqz tenebre  
neqz lumē est. neqz error. neqz vīse. **N**ec  
est ip̄i' positio/ p̄ vlla: nec ablatio: v̄z  
nos q̄ post deū sūt ponētes auferētesue.  
nec ip̄m ponim': nec auferim'. **Q**uipe  
cū oī positōe sup̄ior sit singularis illa r̄ oī  
no p̄fecta oīm̄ cā. r̄ oī rursū ablatōe al  
tior excellētia illius q̄ ab oībo est simplici  
ter absolutus/ totisqz sup̄ior.

**A**d Jesu honorem finis **D**yo  
stice theologie.

*Principium maxime diuinitatis nominis incipit aut  
statim p̄no. r. p̄mittendo p̄mū modū tradi  
tione dōctine d̄ h̄ p̄mo. r. tunc p̄mittit  
diuinitatē nō sūp̄ rōnē p̄t p̄mittit . r. 2.*

*Primum . r. diuinitatē in p̄no. r. p̄mo . r. 2.  
in p̄no. r. diuinitatē in p̄no. r. p̄mo . r. 2.  
in p̄no. r. diuinitatē in p̄no. r. p̄mo . r. 2.  
in p̄no. r. diuinitatē in p̄no. r. p̄mo . r. 2.  
in p̄no. r. diuinitatē in p̄no. r. p̄mo . r. 2.*



Fo. IX.

¶ Liber Byonisii Areopagite de  
diuinis noibus interpzete marci  
lio Ficino, ¶ Byonisius.

五、

huc ponit modū obedi-  
entiae quae de deo dicitur.

prohibet, dicit, quia profecto in re  
plurima non habet possibilitatem.

Quantum de diuinis asseueran-  
dum quantum diuinitus inspira-  
ti nobis ostendunt. Item quora-  
dius diuinus seipsum nobis ac-  
comodat. **¶ Basilii.**

**P** de  
dei  
ron

**D**e rebus diuinis credendum inquit  
dei filijs etiam si nullas afferant  
rationes. In legibus quoque theolo  
ge inuenta iubet oraculis confirmari. Pro  
nilius similiter nihil de rebus diuinis as  
seuerandum putat: nisi quantum diuinitus  
inspirati confirmant. ¶ Deum hic appel  
latione quadam apud rationes prodigiola:  
supereffentialitate nominat. **E**ssentialis  
tas apud metaphysicos est simplicior quam  
essentia. Deus igitur non solum simplicissimus  
est: sed ipsa simplicitas. Siqua huic scien  
tia competit non essentialis illa quidem est di  
cenda: sed eminentior quam essentia. Que rur  
sus ignoratio dicitur. Quippe cum nihil ap  
licui note cognitionis habeat: sed est inte  
rior ratione intelligentia cognitioe essentia me  
rior. ¶ Nec igitur dei propria sit. Nobis autem  
quandiu sumus extra patriam summa co  
gnitio intelligentia est: diuinam naturam non  
dum attingens. Tantum vero de muneribus



# Diuina

Quod aliam non videtur hanc gloriari aut quia est vel reputat magnam  
aut quia est vel reputat magnam unde ad sancti simplici per se  
invisibilis et invisibilis quia radium a deo qui est invisibilis et non  
sine hanc magnam in radium est

ribo diuinis viribusque consequens quatuor  
diuinus ipse radius per serenitas sanctorum  
metes transmissus ostenderit. In quibus sa  
ne tanquam in corpore diaphanis diuinum pro  
cipimus solē: quē capere in seipso non pos  
sumus. Quāobrem circa diuinorum contem  
plationē certis quibusdā limitibus cohibiti  
sumus. Primo quidem: quoniam nihil ultra  
pertingere possumus quā radius offerat: se  
cundo: quia radius ipse in nos ab mensura  
descendit non quidem ostensurus nobis natu  
rā ipsam diuinā: vel quēcumque deus conspi  
cit in seipso: vel omnia saltē que penes deū  
ageli trahunt: sed pauciora et inferiora quedā  
quāuis preciosissima proculdubio si cum ce  
teris conferant. Tertio: quoniam radii il  
le unicuique per suā distat capacitatem de  
monstrat. Iusta quādā vbiq; pro meritis  
distributione seruata. Vbi certe sol diui  
nus perinde se habet ac si sol celestis lu  
men suum singulis passim oculis tempe  
rarer. Se ergo quasi finitū mentibus fini  
tis offert: infinitatē interea suā occultans  
in seipso. Denique vnusquisque debet cir  
ca diuinū radium ita moderari seipsum vt  
nec per ignauitā ab illius excellētia decia  
dat in deterius neque tentet ulterius per  
perbiā. Vbi quidem sanctitas: hic autē tem  
perantia lucet.

Quantū de diuinis asseuerandū  
quatuor inspiratio diuina declarat.  
Item radius diuinus pro cuiusque  
ingenio se infundit.

Byronius.

## Nulla igitur ratio

ne audendū est aliquid de oc  
cultā deitate: que est superior  
quā essentia dicere vel cogitare preter illa  
que sacra eloquia diuinitus nobis aperu  
erūt. Ipsi namque quod excellens est essentia  
sciam quoque essentia superiorē: quā et igno  
rantia nominatur. sed ratione intellectu ef  
fentiaque presentior est debemus ascribere  
Latensque ad excellētia contendere: quate  
nus precipue diuinorum verborum radius seip  
sum nobis infundit: dum videlicet ad sub  
limiores splendores temperantia et sancti  
tate diuinorum veneratice cohibiti sum  
mus. Si qua enim sapientissime verissi

meque theologie fides habenda est per men  
tis cuiusque portione reuelantur spectan  
turque diuina. Vbi sane precipua dei boni  
tas per iusticiā omnium seruatricē ab his  
que sub mensurā cadunt: immensitate ip  
sam tanquam incōprehensibile qua deus de  
cet prouidentia segregat.  
Deus nec ab essentia. nec ab in  
tellectu. neque per illam. neque per in  
stum vel comprehendere vel saltē per  
spici potest.

Basilius.

## Intelligibilia ita

superant sensibilia: item simpli  
cia: proposita: rursum incorporea si  
militer corporea sic excedunt: vt superiora illa  
nec ab his inferioribus: neque per hec vel cō  
prehēdi: vel etiā reuera spectari possint.  
Vultomagis principium vniuersi tū in  
mensitate nature supat essentia: forma quā  
dam necessario designatā: tū incōparabi  
li simplicitate: vnitatemque penitus absolu  
ta superat metis formā: vt Plotinus pro  
bat necessario multiformē. longius quā su  
perat cogitationem non solū multitudie. Sed  
etiā mobilitate dispersam. maxime vero  
sermonē. Nec igitur ab his neque per hec: neque  
per aliud finitū quicquid cōprehendi pos  
sive potest. Est autē deus vnitās non in re  
quāuis vnita sedem habēs: sed vniōnis  
vnitatisque vbiq; causa. Essentia quā et in  
tellectus dici potest tanquam essentie omnis in  
tellectusque causa: non tanquam essentialis quā  
dam intellectualisve forma. Denique cum  
etiā peripatetici putant essentia et esse tā  
quam cōmunissima a cōmunissimo principio  
rebus tribui: atque causa cōmunissima po  
tētissimaque causa: et si ab omnibus effecti  
bus expedita merito primū principium pla  
tonici putant ab essentia et esse solutum.  
Qua vero ratione intellectus quantūcumque  
sublimis nūquam primū principium esse possit sic  
neque visus sit quāquam lūmen: in theologia no  
stra planius declaramus.  
Deus essentia et intellectu superi  
or non potest per illam essentia: vel  
ab illo intellectu comprehendere vel  
saltē propria virtute cerni.

ipso namque in seipso  
hanc potestatem quod deus non potest  
nobis ostendere per aliquam similitudinem  
et hoc quo ad nos  
Quia si debemus aliquid scire  
de deo oportet quod hanc potestatem  
diuinam. quia non deus sit super  
intelligens. cum sciamus est super  
intelligens  
Si sciamus scire de deo sit  
noluit per seipsum nosse  
et non sicut ipse. et quia hoc est  
consequens intelligens quod sit super  
intelligens intelligens nostrum

Temperantia quod est quando non magis nos magnam et non deus  
Dante vero deum scire sapienter vultus mundum finem ab omni re



5. m.

¶ **Byonius.****S**icut neq3 sensi

bilis intelligibilia comprehendere spectariue possunt: neq3 fictis figuratisq3 simplicia et infigurata. Neq3 p corporum figuras formatas inordinatas ipsa incorporeorum refugiens tactu figuraq3 carens: eadem veritatis ratione: ipsa supersententialis infinitas omnes essentias antecellit. Ipsa quoq3 unitas intellectus superior/omnes supereminet intellectus: ipsum denique unum cogitatione instantius/nullis cogitationibus potest excogitari. Atq3 bonum excellens omni verbo verbis est ineffabile. ¶ **Unitas unitatis** omnis unificata. supersententialis essentia intellectus nequaquam intelligibilis. ineliquibile verbum. Verbi et intelligentie nominisq3 vocatio: hec sane ultra nullum existentium est. Causa quidem omnibus ut sint: ipsa vero non est: tanquam omni essentia superior. Et tandem quemadmodum ipsa de se/propriesciturq3 pronunciauerit. ¶ **De** hac igitur secretissima deitate/que et essentia antecellit/sicut dictum est/ nec loqui/nec cogitare quicquam audendum est/preter illa que sacra eloquia nobis diuine admodum tradiderunt

¶ **Comprehendere deum** nullus intellectus potest. **Scire** quid sit deus intellectus beatus solus sololumine supernaturali potest.

¶ **Marsilius.****I**n intellectu lumi

ne naturali potest certis rationibus intelligere primo quidem esse deum. Deinde quod non sit ipse deus. Tercio quod et quemadmodum efficiat atq3 regat. Quarto quod conditione res ad deum omnes sese habeant. ¶ **Scire** pro quod proprie sit ipsa natura dei nec intellectus nec angelicus naturali lumine potest. Est enim natura illa logice inchoatissimo supereminens et intelligentia quantumcunque perfecta. Sed sole beate mentes intelligunt quod sit deus sub lumine quodam plusquam naturali: quam deus ipse se menti coniungit/quasi tanquam formam quam videat et per quam videat. hinc Plotinus: animus inquit perfecte purgatus prius per unionem diuinam deus efficitur quam agnoscat

quid sit ipse deus. Sed comprehendere deum: naturamque ipsius sub cunctis rationibus suis apprehendere nullus intellectus/nullo lumine valet. Nullum ergo vestigium nobis vbi occurrit eorum qui deum hac absoluta ratione comprehenderint. Quoniam nullus comprehendere licet: nec rursus eorum quibus palam ipsa diuina natura paruicrit percipientibus quidem: nec interim complectentibus. Nec enim vel ipsi exprimere vel alij capere possunt quod illi contemplati fuerint in excelsis: vel etiam contemplantur. Nam et que Paulus apostolus cognouit in rapto/non licuit homini loqui. Et Plato diuina inquit dici doceri non posse: sed in animo pio ad deum accedente. subito tandem diuinum ex alto lumen accendi. Quod quidem seipsum intus alar. Quasi neget eiusmodi lumen extrinsecus emicare.

¶ **Scire** quid sit deus dei ipsius est proprium. Nec vllum diuine substantie usquam manifestum vestigium reperitur. ¶ **Byonius.**

**Q**uemadmodum

quidem diuinitas in sacris litteris benigne admodum de seipsa tradidit: ei quicquid tandem scia prelatioque omnibus quantum sunt inaccessa. Quippe cum ab omnibus superessentiali quodam excellentia sit segregata. Nam theologos multos inuenias diuinitatem celebrasse/non solum tanquam inuisibile incomprehensibileque: verum etiam inscrutabile inuestigabileque dixisse. quasi nullum existeret vestigium eorum quod ad occultam infinitatem illi accesserint

¶ **Causa prima et separatissima** est et presentissima atq3 sicut omnibus impartit bonum sic multis diuinam intelligentiam atq3 vniorem.

¶ **Marsilius****H**ec excellentiam

cause duo precipua pertinere videntur. Primum quidem ut quo prestantior causa est eo sit a subditiorum potestior segregatior. Secundum pro ut per excellentie sue gradibus/vires suas actionesque logice latiusque diffundat. Quobrem prima omnium causa et separatissima

B 4







Ante hunc propter dicitur esse causam omnia prout dicitur hunc sicut dicitur. Nos dicitur a personarum dictione sicut nos. et  
in hunc propter dicitur in qua prout nobis non divina per que manifestat nobis dicitur esse bonorum prout.

Ca. 1.

ps. n.

Jo. XI.

Romina

**H**is ergo subdi

ti diuinis lancibz que vniuersos  
supcelestiū ordinū sanctos guber  
nant exercitus/secreta quidē illud diui  
nitatis intellectu esse entiaqz excelsi<sup>9</sup> san  
ctis intelligētie nihil iā pscrutātis vene  
rariōibz. qz vero ineffabilia sūt modesto q  
dā silētio honorātes ad illos dūtaxat qz i  
sacris litteris nobis fulgēt splēdores cō  
tendim<sup>9</sup>. Atqz ab eis ad dinos hymnos  
illumināur: inde videlicet vltra munda  
nū modū illuminati. Atqz ad laudatōes  
sacras inde formati. Ad hū ipm videlicet  
vt z diuina lumina nobis inde pro modo  
nostro tradita facile videam<sup>9</sup>: z beneficiū  
illud pncipiū toti<sup>9</sup> illuminatōis rite lau  
demus: quēadmodū ipm de se in sacris  
eloquijs tradidit.

**D**eus vsqz adeo potēs et itima  
causa est rebus omnibus bonoz  
omniū vt ipsemet rebus sit ipsa re  
rum bona.

Marfilus.

**D** rationez cau

sa se effectusqz prinet vt hic ab illa  
pendeat: z qz causa magis causa  
est: effectus etiā magis inde dependeat.  
Cum igit causa causaz sit maxime causa  
cōsequēs est vt z omnia z oino inde dē  
deant. Quāobzē z illa est nō solū effi  
ciens omniū causa: sed finalis. Nec effici  
ciens tm: sed pseruās. mouēs. pficiens. ite  
rūqz reficiens. Et quēcūqz sunt in opere  
ab illa oino dependent. In opibz dō mū  
danis est essentia. vita. virt<sup>9</sup>. inclinatio.  
mor<sup>9</sup>. actio. pseruatiō. pfectio. Nec igit i  
rebus oia prima causa facit/seruat. perficit  
reficit. Proinde causa pma ob imensā  
potestātē adeo tota totū occupat: vt vbi  
qz sit oibz pseruatiō. Tātoqz salte in oibz  
bus interi<sup>9</sup> agat. qnto natura interior qz  
ars proculdubio facit. Qm igit tum om  
nia in rebus narrata a deo pendēt omnino  
tum etiā de<sup>9</sup> oibz oim inest intimus/me  
rito de<sup>9</sup> ipse vidz bona hec oia qz narrata  
sunt esse. Speculare imaginē si qua ē in  
speculo. Nec adeo depēdet a viuo/ vt ef  
fentia eius z virtus/ z mor<sup>9</sup>/ z stat<sup>9</sup> sit ip  
se qz viuūt: sed ipm ad speculū specular

**D**ulto magis de<sup>9</sup> ipse est essentia rerum  
vita. virtus. actio. pseruatiō. perfectio.  
reformatio. Atqz in mētibz puritas. illu  
minatio. pfectio. diuinitas. Plato i po  
litico. Prothagoza Critia diuinū qdā  
ingr/ vel deiforme quondā anis nris in  
fufum. Idqz paulatim multis tempoz  
curriculis aboleri. S3 cū pmiū deletūz  
est deum renouare seculū animosqz iterū  
diuinitate formare. Id mō Dyonisi<sup>9</sup> at  
tigit. Qui deinde subdit deū esse tum eo  
rum qz simplices sunt simplicitatē: tum eo  
rum qz vniunt vnitatē. Siue em exuēdo  
corpea ad simplicitatē pficiant/ resolui  
dēt in deū/ qui est ipa simplicitas. Si  
ue post habita viriū/ actionūqz multitu  
dine ad vniū se pferant/ redigunt in deū  
qui est ipa vnitās. Siue intellectus tum  
inuiet: tum etiā cū intelligēdis vniuntur  
ita prozsus deo qui est ipa vnitās quasi  
quodā glutino copulant. Seu tandē cū  
ipō deo quasi vnum efficiant vacant bic  
iam mētes. Diuina regnat vnitās. Uni  
tate diuina formate mētes agūt. Quod z  
Plotinus sepe probat Iamblichusqz cō  
firmat. Et si deus adeo sit rebus omnibus  
intimus: est tamē interea segregatus tan  
qz pncipium rōne quadā sup essentiam:  
pncipium inquā super pncipium: nullam  
videlicet cum pncipijs ceteris vel effecti  
bus habēs pportionē. Rursum quamuis  
sit adeo sepatus/ immēsum tm: quod in se  
bonū/ ceu lumen occultit/ largissime diffū  
dit in oia. Hinc Diphicu illud Iupiter  
quā in seipo lucem occultit/ edit quādoqz  
foras/ ex almo corde operās admirāda.

**D**eus omnib<sup>9</sup> in rebus est om  
nia rerum bona.

Dyonisius

**R**adiat autes

hec. De<sup>9</sup> est causa oim atqz prin  
cipium. Essentiaqz z vita. Tum  
vero eorum qui a deo prolapsi sunt/ re  
uocatio atqz resurrectio. Eorum autes qz  
lapsi quodā diuinā in se effigiem perdis  
derunt renouatio atqz reformatio. Rur  
sus eoz qui pphana quadam agitatione  
quatiuntur confirmatio sacra. Permanē

.s. 2.

h<sup>9</sup> dicitur autes quā cognitiōne  
de deo per diuinā naturā possit  
haberi. s. qz ipse dicitur aut p  
ipm et pphā et vniū et  
h<sup>9</sup> p<sup>9</sup> per pphā. 2<sup>o</sup> per  
quēdā nōm



quero vero tuta securitas. Ad eum quoque perfectissimum porrecta manu pductio. Illuminatorum fulgor. Eorum qui perficiuntur principatus ipse perfectionis. Quibus in omne assumunt summa diuinitas. Eorum quoque qui simplices sunt ipsa simplicitas. Qui in unum conueniunt similiter unitas. Quia uniuersi principij ratione quadam super essentiam principium supra principium. Occulti quinetiam quantum fas est benefica distributio. Atque (ut summam dixerim) uiuentium uita/existentium cetera. Omnis uite essentieque principium atque causa ob propriam bonitatem/omnia ut essent producentem atque conseruantem.

Quare deus multis nominibus appellatur. cur unitas. cur trinitas. causa. sapientia. pulchritudo. benignitas. ceteraque similiter.

Bartholomaeus

**D**iuina cognos-

mento adiectiua que a sacris litteris varia tribuunt deo/nō ad hoc inuenta sunt ut ipsam dei naturā significarent. Que cum unica sit et simplex/si nominanda foret unico foret nomine notanda. Sed ideo instituta sunt ut multa variaque bona a diuina bonitate largissime profuerint declararent. Si quid uero preter processum ex deo aliquid preterea significat apud deum/dicunt utique quid nō sit deus. Ubi igit deus ipsum unum/vel unitas uel in omnes cognominat/primō quidem per ista significat nō esse deos plures sed unicū. Item unicū deū nō esse compositū sed simplicissimū. Rursus simplicissimū deum nō esse diuiduū. Atque ita dicit quod nō sit deus. Deinde per eiusmodi appellationes significat reus unitas ex diuina unitate procedens. Singularitas enim simplicitas indiuidualisque ubicunque reus inest a prima singularitate/simplicitate/indiuidualitate procedit/sed si interest quod in rem aliquā incidit singularē unicūque hanc habet solā. Qui uero unicū deū habet iam possidet omnia. Preterea res plurimū simplices compositioni seruire sunt. Diuina simplicitas compositionibus dominatur. Denique ad indiuidua in rebus uelut ad punctū et unita

et deuenimus uelut ad minima diuidendo paulatim uel quolibet minuendo. Ad indiuiduatē uero diuinā peruenit uelut ad maximum. Ubi cum infinita unitate uirtus concurret immensa. Et ut summam dicā. Quia homo sit unus homoque corpus sit unum aliquid/et unū aliquid anima/sic ex deo habet sicut ex eodem habuerunt/ut et simpliciter essent: et essent homo corpus et anima. Partes sane corporis tum humani/tum mundani/inter se naturaliter repugnantes/ut in una forma conciliarentur a prima tandem unitate sortite sunt per eandem quoque discordes anime uires et affectus et motus dissensionē tandem sedata placantur/totusque animus sub una intelligentie forma uiuit. Sed quod nō uideat unionem omnium a primo principio dependere. Quatenus enim cuncta sunt ab eodem et eo quod simplicissimo indiuiduoque proorsus secū quod ipso penitus uniformi: eademque et inuicem conformia sunt confluuntque in idē uelut finē/quod et tanquam principium ad seipsos conuertit/quecunque producit perueniendoque in idem efficit interim/ut cuncta inter se sint eadē. Proinde quēdammodū in theologia nostra probauimus/ad secunditatem nature pertinet generatio: et interior illa quod priusque exterior. Et quo excellentior natura est/eo interiorē sibi prole generat prima ergo natura a deo generat intimā ut unica sit generantis genitique natura. eadē quoque mutui sit amoris. Veritas quod dem generatiōis productionisque postulat. ut tres be persone sint existētes. Unitas interea infiniti principij facit/ut natura sit una. Contra in nobis in quibus una persona in tribus consistit naturis: anima/corpus/et spiritus. Quod latine personā dicimus dyonisius dicit hypostasim. Quod quidem nō debemus subitāniā interpretari: sed suppositū uel subsistēs/uel existens. Aut subsistentiā uel existentiā. Ita hoc concludit. Natura communiter prior est et simplicior quam persona. Si ergo persona plerumque unitatem suam seruat in multitudine naturarū multo magis conuenientiusque natura potest singularem unitatem suam in personarum numero seruare. Quod autem et ratione possibile et simul conuenientissimum est/ipse in se deus implet. Diuinam trinitatem



**Byonifius**

Simina noua. f. q. ipse. et c. ab principu

¶ Ipsum vnum bonumq; est su-  
perius ente intellectu intelligibili  
¶ Item quare figuris vtamur ad dina-  
declaranda. ¶ Item de resurrectio-  
ne et fruitione dei.

**Tharfilus.**

ammonendi nobis erant: voca-  
bula hec essentia et ens et entia  
phis condonanda vt instrumēta sua cui-  
q; artifice concedenda. Preterea non posse  
nos: ybicūq; Dionisius vltā nominat: p



substantiā satis interpretari: sed plerūq; p  
essentiā exprimendū: p̄sertim vbi de ipso  
vno bonoq; vbi de malo/ vbi de matia  
disputat. Philosophi enī nō substantiaz  
quidem que vnum predicamentū est: sed  
essentiā/ atq; ens quod omnia p̄dicamen  
ta complectit/ in certamen trahunt cum  
vno atq; bono: Peripatetici sane ens vnū  
bonum equalia putant. At vero Plato  
nici inter quos Dionysius noster obriet  
principatū/ vnū bonumq; enti extra con  
trouersiā anteponunt/ tanq; ampli<sup>9</sup> sim  
plicitus prius sufficientius. Ideoq; sum  
mū deum vnū ac bonū essentia supius li  
benter appellat. ¶ Sed dic age/ quando  
Dionysius materiā informē vsia inferio  
rem inquit/ interpretaberis ne substantia  
inferiore. At parum dixeris. Nam quate  
nus est informis/ nō solū substantiali/ sed  
etiā accidentali est forma deterioz. Pre  
terea vbi malum ait/ nec esse nec habere.  
Vnam si substantiā intellexeris ibi nega  
tā: subintelligere poteris malo quātitatē sal  
tem/ vel qualitatem posse p̄cedi. Quod  
dictu nephas. ¶ Proinde Dionysi<sup>9</sup> vna  
cum platonici: quecūq; sensibilibus subiacēt  
entia nō vera nominat/ substantias vero i  
corporeas earūq; proprietates appellat en  
tia vera: et intelligibilia vocitat. Quo in  
genere sunt anime intellectuales et intel  
lectus angelici. Super hec tandē entia  
vera introducit deū excelsius ente intel  
ligibilisq; supi<sup>9</sup>. Sane quēadmodū vnus  
quisq; sensus cum sensibili suo p̄portionē  
quādam habet/ ita sensus vniuersus cū vniuer  
so sensibili. Item quam p̄portionē sensus  
habet ad sensibile: eandē ferme ad intelli  
gibile obtinet intellectus. Rursus q̄ pro  
portionē se habet sensus ad intellectum:  
eadem sensibile ad intelligibile se habe  
re videt. Quāobrem cum et intellectus et  
intelligibile p̄portionē aliquā subeāt me  
rito super vtrūq; deus est ab omni p̄por  
tione penitus absolutus. Et et super sub  
stantiā que sub ente ab accidente diuidit  
et cōmerciū subit cū accidente. Est etiā  
am sup essentiā natura sua multiplicabi  
lem in essentias: ipse tamē nō ita multipli  
candus. ¶ Quoniā vero intellect<sup>9</sup> nō p̄  
pter nūm sensuū sensibiliūq; cōmerciū  
in eiusmodi vita quodāmodo ad intelli

gibilia para sit ineptus: ideo prudentes  
theologi sensibilibus quibusdā et his q̄dez  
honestiorib; intelligibilia vestiūt: ita de  
mū intellectui nostro magis accommoda  
ta: qui lumen intelligibile ita temperatū  
tam facile cernit: q̄ oculi lumen quodli  
bet in corporib; videt quodāmodo solidis:  
alioq; minime discernendū. ¶ Deū quo  
q; excelsius ente et quouis itelligibili mi  
rabiliter eminentius/ entib; intelligibili  
busq; ad angelos et animas p̄tinentibus  
induere solent/ sic intellectui temperadū  
sicut sol ipse qui alioquin tollerari nō p̄r  
rara sepius nebula oculis temperat/ ita  
lumen figurāq; sol tuto cernētib; ¶ His  
itaq; rōnib; Plato noster animā intel  
lectūq; p̄lieas. circlos. musicos. nūeros. cur  
rus. alas. similiaq; describit: et deū in so  
le figurat. Elayas quoq; dominū videt i  
solio excelso sedētem. Et seraphinos fin  
git alatos: vt Ezechielē in p̄sentia cete  
rosq; dimittam. ¶ Et vt summam dicā  
sicut in genere sensibilibus puriora tanq;  
velamina quedā rebus intelligendis ap  
ponunt. scilz puncta. lineas. figuras. vni  
tatē. numeros. lumina. per punctū quidē  
et vnitatē. significantes naturā indiuisi  
bilē/ per lumen vero intelligentie certitu  
dinem sic que summa sunt in ipso intelli  
gibiliū ordine deo adhibent/ vt essentiā  
vitam/ intelligentiā/ veritatē/ sapientiaz:  
intelligibile lumen. Verum sicut illa in  
telligibilib; deterioza sunt: ita hec inferio  
za deo. ¶ Resurrectōem corpōz huma  
nōz diuina potestate futurā Plato in li  
bro de regno describit. Quā olim Zoro  
aster asseruit. Itaq; legimus in magozū  
carminib; quod omnes vsurpauerūt pla  
tonici animā nostrā preter terrenum cor  
pus habere celeste. Qui cum quasi curru  
quodā reuersura sit in celum. Itēz anias  
deo deditas terrenum quoq; corpus ter  
re tandē nō relicturas/ sed vna cum cele  
sti suo corpe id q̄z corp<sup>9</sup> celo reddituras  
illuminandū. Quib; in verbis et resurre  
ctio corpōz et beatoz splendor asseritur.  
¶ Profecto quēadmodū sol i vere terre  
viscerib; p̄dita semina suscitāt: et pleraq;  
pulcherrimis floribus ornat: ita splendi  
dissimū christi corpus/ statutis tempori  
bus coniectis vsq; quaq; radijs hominū



corpora suscitabit. Multaq; preterea splē  
dorib; exornabit. Hinc illud Pauli. Cō  
formabit corpus humilitatis nostre con  
figuratiū corpi claritatis sue. Quādo igit  
tur ita filiū resurrectionis erimus id ē ex eo  
qui primus iam resurrexit in similitudinē  
eius renati fuerimus/ celoq; donati/ ter/  
no christi lumine pfruemur. Per visū q;  
dem visibili corpis christi luce: per intel  
lectū vero iam ab omni cōtagiōe corpo  
rea liberū. Intelligibili lumine ex intelle  
ctuali videlicet christi ania in nostram in  
telligentiā emicante. Sed per vnitatem  
illā anime quā Plato in Phedro mēris  
caput appellat/ intellectu pstantius con  
sequemur vnionē quandam intelligētia  
meliorē cum vnitare bonitateq; diuina  
que quidē infinito intervallo superat in  
tellectum: sed contextis in vnitatē nām  
radijs intelligibili sorte supiorib; vniet si  
bi mentē: que ita formata deo p deū ipm  
deū protinus percipiet formatorem.

Diuina rite docentur per signa  
Prez qualis gloria celestis futura  
sit.

Byonius.

**N**unc quidem in  
his erudimur pro nostri ingenij  
facultate. Qui sane indulgēs be  
nignitas sacraz litteraz sacerdotaliūq;  
traditionū per sacra velamina intelli  
gibilia quidē sensibilib; que vero essentiaz  
supant/ reb; que habent essentiā obtegit.  
Formasq; z figuras his que formā/ figu  
rāq; refugiūt rite circūdat. Excellam de  
niq; ifigurabileq; simplicitatē signorū di  
uiduoz varietate multiplicat et effingit.  
Et quādo incorruptibiles/ immortales  
q; facti erimus/ sortēq; christo silem bea  
tamq; adepti semp (vt scriptum est) cum  
dño erimus. Visibili quidē diuinorū ipi  
us spectaculo p castissimam speculatōem  
iam adimpleti: lucidissimis tunc nos cir  
cūfulgente luminib;. Quēadmodū disci  
pulos suos in diuinissima illa trāsfigura  
tione sua. Intelligibilis autē illuminatio  
nis eius intellectu a pturbatōe materia/  
q; separato particeps. Unionis vero in  
tellectu supioris pfulgentiū radiozum  
incognitis beatissq; iactib; compotes eri

mus in diuinioze vicz supcelestiū menti  
um imitatōe. Erimus enī vt diuinorum  
eloquioz veritas ait equales angelis. Fi  
lijq; dei quando quidem resurrectionis  
filiū futuri simus.

Quare circa diuina imaginib;  
et comparationibus vri deceat. z  
quomodo deus essentiam cogni  
tionemq; antecellat.

Barfilius.

**H**oc uite statu

anima quidē corpe vestita est: ra  
tio vero imaginatōe: mēs deni  
q; ratione. Tum vero imaginatio qua vri  
mur viuimusq; q; plurimū: intelligentie  
notiōes assidue sensibiliū imaginib; idu  
it: quo circa nec iniuria cognitiōi nfe nō  
tam nuda q; vestita quedā accōmodata  
vident. Induunt igit sapiētes merito sic  
diximus/ sensibilib; quidē intelligibilia  
his vero diuina. Hac Plato prouidē  
tia iubet hoīem sub tenebroso specu nus  
tritū: ad intueudā meridianā lucem non  
subito compellendū: sed mōstrandū huic  
solem. Primo quidē ad lucerne lumen in  
aqua. Deinde i luna sub nocte serena. De  
mū in ipa aeris serenitate diurna. Simi  
lib; quoq; gradib; rude vult ingenij ad  
contemplandā pducī diuinitatē. Li  
nec vndiq; ptingētes centrū/ nō longitu  
dine quidē sua signū illud tāgunt magni  
tudinis expers: sed suo queq; signo signū  
Quod quidē z si nō est longū/ neq; plura  
plurimarū tamē longariūq; linearū ter  
minos. id est: puncta eodē sui puncto cō  
plectitur. Jam vero cū lineę cūctę earū  
q; termi ab eo pfluāt: merito i se eminet p  
anticipat oēs. eadē rōne sphere minores  
multe sphaera quadā amplioze compben  
se/ cētris queq; suis attingunt sphere cō  
tinētis centrū mirabiliter in se/ z circlos  
oēs z cētra pplectēs. His ferme cōpatio  
nib; Plotin<sup>9</sup> magn<sup>9</sup> vti ostēsurus q; rōe  
q; plime sit mētes in vnū ipm vniuersi pn  
cipiū figant intuit<sup>9</sup>. Ip̄m̄q; in se compre  
hēdat z intellect<sup>9</sup> oēs/ z sūma q; intellectū  
aliū actionū. Itē hic ante Plotinū Dyo  
nisiū artigisse vidē: pbās preterea intelle  
ctus vbi deū attingūt/ intellectuales acti



ones post habere quasi multiplices: ideo  
diuine oppositas unitati. Atq; per unita-  
tē potius amorēq; attingere. Quod et plo-  
tinus sepe cōprobat. ¶ Quēadmodum  
vita ante se essentia postulat/ nisi enī sit:  
nō uiuit. ita cognitio vitam. Nempe nō  
cognoscit/ nisi prius uiuat. Dis ergo co-  
gnitio in essentia uiua fundamentū habet  
Et ideo circa essentias atq; entia tanq;  
fines dirigit actionē. Hinc aiunt natura-  
lē quidē philosophiā circa ens iam qua-  
le mobileq; versari. Mathematicā uero  
circa ens iam quantū. Metaphisicā de-  
niq; ipm simpliciter ens spectare. Quod  
tam et si nondū substantia est vel accidens  
Nec dū quantū vel quale vel mobile/ po-  
test tū per hec oīa quādoq; finiri. Id nec  
est simpliciter infinitū. ¶ Sed (ut sūma-  
tim dicam) cum cognitio quidē et eēntia  
sit posterior et desinat in essentias uelut fi-  
nes: merito deus essentia supeminens/ co-  
gnitōe ēt ancillit: nec g attingi cognitōe  
pōt. Essentia uero bono posteriore esse te-  
stā eēntie q̄libet i seipis mīme dēscētes s;  
annitētes semp ad actionē/ ad actionem  
videlicet circa bonū vnaqueq; suū/ qua  
quidē rōne/ ipa simpliciter primaq; eēn-  
tia agere iam p̄uincit ad ipm simpliciter  
primūq; bonum.

¶ Signis cōgrue utimur ad diui-  
na. ipse uero deus essentia; cogni-  
tionemq; antecedit.

¶ Dionysius.

¶ Nunc aut pro in-  
geniū virib; congrue ad diuina si-  
gnis utimur. Rursumq; ex his ad simpli-  
cem unitatēq; intelligibiliū spectaculozū  
veritatē mō quodā p̄portiois assurgim?  
Atq; post oēm nostrā diuinorū intelligē-  
tiā sistentes itellectuales actōes nostras  
ad sublimiorē essentia radiū (quantū fas  
est) cōtendimus. In quo quidē termi om-  
nes omniū cognitionū plusq; ineffabiliter  
p̄existūt. Quē nec intelligere/ nec eloq;  
licet: neq; quomodocūq; aliter speculari.  
Propterea q̄ est ab oīb; segregat? et emi-  
nenter ignotus. Iā uero essentialiū oīm  
cognitionū/ atq; viriū supessentiali vir-  
tute fines simul omēs anticipauit. Atq;  
incōprehensibili potestate supcelestibus

quoq; mentib; altior extat. Si cū p̄gnit-  
tōnes oēs tum entīū sunt/ tum etiā in en-  
tia desinunt/ qui omni essentia supior est  
cōsequenter est ab omni p̄gnitōe semot?.

¶ De? amplectitur. complectitur.  
anticipat omnia. mysterium diui-  
num nec anime nec angeli per in-  
telligentiam assequuntur. s; per vni-  
onem intelligentia meliorem.

¶ Marsilius.

¶ Deus omnia am-  
plectit: p̄plectit: anticipat. Am-  
plectit quidē per excellentiā po-  
testatis uelut extrinsecus circūfus? Ad  
plectitur aut: vna quādā penes se natu-  
ra vnice colligēs singula q̄ntum licet in-  
ter se diuersa. Anticipat deniq; quoniā  
et anteq; sunt possidet ipse: et gradu lōge  
p̄statiore q̄ sint. Deū neq; sciētia. ne-  
q; tactu percipere possumus. Id autē est  
neq; p̄clusionē quādā antecedentib; p̄n-  
cipijs: cōsequente. Nec subito quodam  
intellectus intuitu. ¶ Ip̄m bonū ad in-  
finitatē suā intellectu finito assequi nō va-  
lemus. Rursus unitatē eius p̄pter incom-  
parabilē simplicitatē intelligentia sp̄ mul-  
tiplici nō attingimus. tres insup illas (ut  
ita dixerim) existētiās in unitate simpli-  
cissima subsistētes vestigijs nullis iuesti-  
gare licet. Presertim quoniā quilibet tri-  
um illic existentiū eque deus est/ atq; bo-  
nus/ totusq; deus/ totūq; bonū. ¶ Ange-  
li quinentā naturali intelligentie lumine  
mysteria eiusmōi nō attingunt: sed diuī-  
nicus infuso supnaturali quodā lumine  
in angelicā unitatē intellectu p̄stantiorē  
coniūgunt deo vnione quādā intelligē-  
tiā supante. Per quā vtiq; vnionē fruē-  
tes deo/ hec mysteria et si nō oīno comp̄-  
hendunt/ certissimis tamē rōnib; conse-  
quunt. Angelos dico nō omnes: sed bea-  
tos. Si namq; soli inter angelos super-  
naturali lumine digni sunt habiti. ¶ A-  
nime quoq; in patria iam beate/ et si q̄p-  
terea quali se pate uiuētes in corpe/ extra  
corpus aliqū diuinitus rapiunt. facte iā  
angelice: eodē ad tps cū angelis munere  
potiunt. Similium dūtaxat animozum  
officium est/ diuina nobis nomina rite







tonici essentia/vita/intellectu collocant  
Ite motu/statu/identitate/diversitatez  
tanq̃ genera rez. Rursus infinitate atq̃  
terminu/velut p̃ma oim elem̃ta. ¶ Uti  
tur q̃netia p̃ma Platonis epla dicere. cir  
ca regē omniū cūcta sunt. ip̃ius gr̃a om̃a:  
ip̃e causa ē bonoz oim. Pr̃mū ex his tri  
bus omnia dicit ex deo p̃edere. Secun  
dū declarat illic tanq̃ a cā finali. Tertiū  
velut ab efficiēte omnia dep̃edere. Prete  
rea pbat ip̃m bonū esse accommodatissi  
mū p̃mo rez p̃ncipio nomē. Pr̃mo: quo  
niā ad ip̃m bonū amplissima diffusio p̃ti  
net: eadēq̃ pariter p̃tinet ad p̃ncipiū. De  
inde quia bonū rōnem cause final' habet.  
Quādoquidē tanq̃ finē/omnia bonum  
appetunt. Finis autē est causa causaz. cau  
sas em̃ ceteras mouet. Tertiū: quoniam  
oia p̃ncipium suū appetunt: vt vel inde p̃  
ficiant. nibili vero aliud expetūt p̃ter bo  
nū. Bonū igit oim est p̃ncipiū: quēadmo  
dum est et finis. Nō appetunt oia intel  
lectum. nec omnia vitā. et que saltē affectāt  
essentiā: nō simplr eam optant/ s̃z gr̃a bo  
ni: vicz vt etiā bene sint/ et bono quodam  
essendo fruant. Quāobrem nec intellect'  
nec vita. nec essentia: ita deo cōueniūt sic  
bonū. Mem̃to vero quatenus singula  
p̃p̃iū bonum cupiūt/ eatenus ip̃m quoq̃  
simplr bonū desiderare. Ab h̃ em̃ tum ab  
initio/ tum p̃petuo habent singula vt bo  
na appetēdaq̃ sint. ¶ Que d̃ bono ex mē  
te Dyonisiū diximus a Plotino et proclo  
post Dyonisiū sunt maxime cōfirmata.  
¶ Deum tum ex nullis nominare  
licet. tum etiam ex oibus celebra  
re. Siquidem ipsum bonum suo  
modo appetūt oia tāquā inde cre  
ata.

¶ Dyonisius  
**I**psū igitur dei  
tatis excelle sup̃essentiale/ ip̃a sc̃z  
sup̃bonitatis sup̃essentia/ q̃cquid  
deniq̃ sit/ neq̃ vt rōnem vel potestatez:  
neq̃ vt intellectū/ aut vitā/ vel essentiam  
laudare fas est vlli ex his q̃ veritatē om̃i  
veritate sup̃ioris sūt amatores: sed vt ex  
cellēssime segregatā ab omni habitu vt  
motu/ vita/ imaginatōe/ op̃ione/ nomie/  
sermone/ cogitatione/ intelligētia/ essen

tia/ statu/ firmatione/ vnione/ termino/ i  
finitate. et vniuersaliter ab omnibz que in  
ordine entiu collocant. ¶ Uez qm̃ tāq̃  
subsistētia bonitatis. ip̃o suo esse entium  
omniū causa est/ haud ab re excelle deita  
tis p̃videntiā bonoz p̃ncipiū ex om̃ibz  
inde creatis laudare decet. Quādoq̃dez  
circa ip̃am omnia. atq̃ eius gratia: ip̃aq̃  
est ante omnia. et in ip̃a cuncta consistunt  
Atq̃ eo ip̃o quod est ip̃a vniuersa produ  
cta sunt atq̃ subsistunt. ¶ Idcirco hanc  
appetunt oia. intellectualia quidē ratio  
naliaq̃ sciēter. Inferiora vero his sensu  
ali cōditione. Sequētia rursus per vita  
lem morum: aut per ap̃titudinē quandā  
essentialē/ et in quodā habitu p̃sistentem.  
¶ Qua ratione negari oia de deo  
ac pariter affirmari possint.

¶ Marsilius.

**M**ysteria Dyoni  
si sentētia illa mercurij ter ma  
rimi p̃firmant. Deus inq̃t ni  
hil est omniū. deus est om̃ia. deus nomē  
nullum habet. deus habet omne nomen  
¶ Ita ferme res omnes in deo sūt parit̃  
atq̃ nō sunt/ sicut domus in architecto.  
Forme mēbroz in vegetali seminariāq̃  
natura. Igneus in sole calor. In vnitare  
numeri. Lōgitudō lineē in puncto/ vñd  
Pythagorica rōne p̃ducit. Linee in cen  
tro circuli. Radij om̃es in cētro solis. In  
lumine vero calores. ¶ Res sane nulla p̃  
ter deum ea forma quā vel est/ vel fingit/  
est in deo: finita vicz in deo penitus in  
nito. Res item om̃es tanq̃ a dō nō casu  
sed rōne in formā suā editē/ in deo p̃sunt  
gradu quidē certo. sed infinite p̃stantio  
re q̃ in seip̃is. Verito igit Parmenides  
pythagoricus apud platonē/ om̃ia de ip̃  
so vno rez p̃ncipio negat p̃t̃ et affirmat.  
¶ Roia vero affirmatiue de deo dicta non  
significant ip̃am dei naturā: ficta videli  
cet ab intelligentia naturāz illā penitus  
ignorante. sed significant actum quendā  
qui ad deum quidē comparat' p̃ductio/  
ad res aut p̃cessio dici potest. Jam vero  
quādo deus nominat' vita significat et a  
ctum dei viuificū/ et vitam in res quādā  
actione eiusmodi procedentem. Similr



essentia et intellectus et bonitas et cogno-  
menta cetera que affirmant.

3. **Q**ua ratione deo nullum con-  
uenit nomē. Rursusq; cōueniunt  
oīa nomina **¶** Dionysius.

**D**e igitur intel-

ligētes theologi dinitatez parti  
tanq; nomine carentez: parti ex  
omni nomine celebrant. **¶** Et ca-  
rentē quidē nomine quādo supmā diuī-  
tatem aiunt in vna quadā secretarum oc-  
cultūq; aliquid significantiū visionū ap-  
parentem increpasse eum q̄ interrogauit.  
Quod est nomē tuum. **¶** Et veluti enī  
ab omni diuine appellationis cognitiōe  
deterrentē dixisse. Quid nā meū nomē in-  
terrogas. atqui et hoc est mirabile. An ve-  
ro nōne est istud reuera mirabile nomen:  
quod est sup omne nomen. quod est inno-  
minabile. quod quidē omne nomē exupe-  
rat quodcunq; nominat/ vel in hoc seculo  
vel in futuro. **¶** Vicissim q; tanq; pluri-  
mis nominib; predictū laudant. vbi deū  
rursus dicentē inducunt. Ego sum qui  
sum. Vita. lumen. deus. veritas. Et quā-  
do diuina sapiētia pdicti ipam oīm causam  
varia denotatione ex creatis omnib; pre-  
dicant. **¶** Ut bonum. vt pulchrū. vt sapien-  
tem. amabilē. deum deoz. dñm dominoz.  
sanctum sanctoz. vt eternum. vt epi-  
stentē. vt causam seculoz. vt auctorem vi-  
te. sapiētiā. intellectum. rōnem. cognito-  
rem. vt thesauros toti? cognitōis oēs an-  
ticipantē. vt potentiā. potentē. regem re-  
gum. antiquū diez. insensibile. immu-  
tabile. salutem. iusticiā. sanctificationem.  
redemptionē. magnitudine omnia exce-  
dentē. in aura tenui. iam vero et in menti-  
bus esse deū dicunt: et in animis: et in cor-  
porib;: et in celo: et in terra: atq; simul i eo-  
dem. Eundem in mundo/ circa mundū/  
supra mundū. supcelestem. supessentialēz  
solem: stellā: ignē: aquaz: spiritū: roz/ nu-  
bem: ipm lapidem: atq; petrā. omnia que  
sunt. nullum eoz que sunt.

**¶** Deus nō solum oīa in omnib;  
agit. sed etiam ipse est i oībus om-  
nia. **¶** Basilus.

**D**ato in episto-

lis inquit omnia a deo regente pendere/  
tanq; ab efficiente pariter atq; fine. prete-  
rea in q̄rto legum idem p̄firmat bis ver-  
bis. Deus (vt p̄isci tradūt) p̄ncipiū et fi-  
nem et mediā oīm cōp̄hendēs recta via  
peragit. et fm naturā oīa circuit. In ti-  
meo/ atq; parmenide oīa deducit ab vno  
**¶** Quāobrem Plotinus et Iamblich?  
et Proclus/ omnesq; extra cōtrouersiam  
platonici/ quāuis res: p̄tutes: eūctus: dis-  
ferētes/ in causas q; differētes proxime  
referant/ omnes tñ et effectus et causas in  
primā redigūt cām causāz. **¶** Un cause oēs  
habent et vt sint. et cause sint et sua q; na-  
turaliter agāt. et certo quodā ordine mo-  
neant. Idcirco mediārū causarū effect?  
a causis suis proficiscunt/ in omnib; cau-  
sis agente prima ideoq; et a prima sit oēs.  
**¶** Tam vero efficaciter agit in causis a-  
gentib; effectib; p̄cedētib; a causa pri-  
ma/ cuius virtute actusq; omnia faciūt at-  
q; fiūt/ vt mirifice dotes oēs in reb; q̄bul-  
cunq; reperte nō solum a causa p̄ma sint:  
verū etiā excellēter cōsiderate/ causa ipsa  
sint prima. Ino prima cā sit oēs eiūsmōi  
dotes. Quēadmodū anima in oculo qui  
dē est visus: in aurib; aut est auditus. i ce-  
terisq; mēbris et ceteri sensus atq; vires.  
**¶** Tradūt astrologi per aspectū quendā  
lunē ad solem/ vires summatim p̄grega-  
tas stellaz omniū hauriri. Quoniā vide-  
licet vires omniū et existāt a sole/ et in sole  
consistant per lumē vsq; quaq; diffusum:  
singulis virtutes singulas cōferēte. Ita-  
q; nō solū quicqd stelle faciunt: sol q; fa-  
cit: sed etiā virtutes in stellis differentes  
ip̄e sol existit. In saturno quidē solis lu-  
men est ip̄a saturnia firmitas. In ioue p̄-  
tus alma. In marte motus efficax. In ve-  
nere gratia. In mercurio agilitas et indu-  
stria. In luna viuīdus humor. In ceteris  
q; similiter est et cetera. **¶** Quid ergo mi-  
rum: si deus sit nominib; oīm appelland?  
Cum ip̄e deus in essentia sit ipm eēntie  
firmamentū. In vita vero sit ip̄e ad vni-  
uersalē mortū vigor intimus. In intellectu  
p̄spicacia pariter atq; claritas. In oībus  
deniq; sūmitas vniuscuiusq; bōi. **¶** Buc-  
deniq; tendūt que Dionysius de vniuer-  
sali dei actiōe et regno et prouideria dispu-  
rat. Ita vero vniuersale et absolutū ē dei



regnum/ut non solum omnia in omnibus  
agat. sed ipse quoque excellenter sit in om-  
nibus omnia. Agit quidem regitque cum-  
tra absque inclinatione habitudineque ad  
subdita. Est quoque omnia sine mixtione  
ad alia. sine detrimento sui. **H**abet in-  
super in se omnia simpliciter ac prorsus in-  
definite. simplicitate inquam atque vnite. Quo-  
niam que in rebus forme sunt multe in  
deus forma sunt vna. Sicut lux: calor: sic  
citas: leuitas: in igne quidem qualitates  
multe sunt/ sed in celo vna sunt qualitas  
lumen vnum. Diximus insuper indefini-  
te. quoniam vita/ sapientia/ iusticia/ cete-  
reque virtutes que in anima atque mente in-  
ter se formaliter distincte sunt/ speciebus  
que proprijs definite/ in deo sunt vna vir-  
tus absoluta prorsus ipse deus immensus.  
Quodmodum innumerabiles radij in se  
se discreti e solis globo prosiliunt/ in co-  
num passum determinati. Sed in ipso so-  
le sunt lux vnica solis/ nondum discreta  
conis. sed orbem sibi retinens naturalē.  
**D**eus omnia in omnibus agit. atque ip-  
se est in omnibus omnia. ideo ex hōe-  
stis omnino nominibus recte laudatur. **D**yo.

### **H**ic igitur ratione

**H**ic ipsam omnium causam super omnia  
existentem tum priuatione nominum  
tum etiam rerum omnium nomina decet. **U**t  
vniuersorum exacta ratio sit regnum. Atque cir-  
ca ipsam omnia sint. Et ex ipsa tanquam  
causa/ tanquam principio/ tanquam fine depen-  
deant. Ipsa quoque (ut scriptum est) omnia sit  
in omnibus. **S**ic igitur vere laudat tan-  
quam omnibus subsistentiam exhibens. **I**ncho-  
ans: perficiens: continens: custodia omni-  
um atque sedes. et ad seipsam cuncta conuer-  
tens. Sed agit hec omnia/ vnite/ absolu-  
te/ eminenter. Jam vero neque complexione  
aut vite aut perfectionis duntaxat causa est.  
ut ab hac sola vel alia prouidentia/ boni-  
tas illa que est super omne nomen proprie  
nominetur. imo vero simpliciter omnia et in-  
circumscripse in seipsa complectitur. perfe-  
ctissimis videlicet ipsius vnius omniumque  
cause prouidentie beneficijs. quod obrem  
ex rebus omnibus congrua ratione laudat atque nominat.  
**Q**uot modis fingatur diuina no-  
mina. et quomodo diuina in visum

veniāt.

**C**assiodorus

### **D**iuina nomina fin

**D**igi solent vel per negationes: de quibus in  
mystica theologia tractatur: vel per  
affirmationes: atque id quidem duplici rati-  
one. Aut enim secundum intelligibiles ex deo pro-  
cessionem formant. de quibus hic agit. Aut  
secundum sensibilibus rerum similitudines adducuntur.  
Quod sane de symbolica theologia  
liber explicat. Liber vero presens per pro-  
cessionem intelligibiles nomina fingens ex tri-  
bus principijs ea ducit. Aut enim vniuersa-  
lem dei prouidentiam beneficentiamque si-  
gnificant per omnia procedentem. ut vni-  
us bonum. essentia. Aut prouidentiam quasi  
particularem. ut vita. veritas. intellectus.  
Particularē quoque magis. ut iusticia. tempe-  
rantia. fortitudo. Aut forte non tam ipsam  
dei prouidentiam proferunt/ quam res prouiden-  
tia gubernatas. Et quando deus nomen  
natur/ sol/ ignis/ homo. **D**enique ver-  
tat diuina temere divulgari/ confirmatur  
auctoritate Platonis/ in epistolis prohiben-  
tis inter diuinorum imperitos efferri diuina.  
Aut enim nulla rudibus magis ridicula vide-  
ri quam diuina. Nulla sapientibus admirabi-  
liora quam diuina putari. **E**t iterum quod  
de diuinorum visis/ seu visionibus adducit in  
mediū/ quo nam modo putabimus expo-  
nendum. Nunquid diuina que plusquam intel-  
ligibilia sunt/ condensato quiddam aere cir-  
cūfundi: atque ita externis oculis/ sub va-  
rijs seipsa figuris offerre. An potius itel-  
ligibile inde lumen intellectui nostro vbe-  
rius se infundens/ ex intellectu protinus  
in imaginationem nostram exuberare. **I**bi quoque  
varijs vestitum figuris/ ac iam imagina-  
bile factum in visum quoque ipsum intrinsecus  
exundare. Atque hic efficaci apparere va-  
riusque videri quam si per inferiora media ex-  
trinsecus incidisset. **H**ac utique ratione  
diuinorum plurimum visa fieri platonici pu-  
tant. Idemque presentia Dionysij verba so-  
nare videntur. **U**bi eos quibus hec appareret  
et tunc illuminatos dicit et prophetas nomi-  
nat/ preceptorumque sacrorum. Ratio quidem  
platonica forte diceret/ visa ut per deum  
summum: angelosque sublimes effecta/ se-  
cunda hac fieri ratione. facta vero per infe-  
riores angelos sepius ratione prima. **P**er



sertim quando hominibz non admoduz  
excellentibz offerunt. Nos aut ita deniqz  
sentiemus vt theologoz cetuz maxie cō  
probauerit. ¶ Si varia diuersoz noim  
visa desideras intelligere. Lege Ambli  
ci librum/que anno superiore sumus in  
terpretati/de his latissime disputantem.  
¶ Diuina nomina ducūt nō so  
lum aprouidentia dei rebusve pro  
uisis: sed etiam a visōibz diuis.  
Sed diuina nō sūt parefaciēda pro  
phanis. ¶ Dionisius.

5. V **N**eqz uero hec tā

antum diuina nomina theologi ce  
lebrāt/que aprouidentis vniuersali  
bus: particularibz ve: aut ab his que p  
uidencia diuina regunt originē ducunt:  
sed etiā a diuinis quibusdam interdū vi  
sis. Quibz pceptozes sacroz/vel prophe  
te in sacris edibz aut alibi illuminati sūt  
ex alijs et alijs causis atqz viribz nomina  
re solēt bonitatē omī noie oīqz luce proz  
sus excelliorē. ¶ Nam vero formas illi fi  
gurasqz hūanas/vel ignis vel electri cir  
cūponunt. Ipsiusqz oculos auresqz et cri  
nes. facies. man<sup>us</sup>. scapulas. alas. brachia  
humeros. pedes laudant. coronas q̄neti  
am. sedes. pocula pateras/et alia q̄daz id  
genus mystica circa deū fingūt. de quibz  
significatia theologia p̄ genū facultate  
dicemus. ¶ Nūc aut q̄cunqz ad presens  
opus pertinet ex libris theologicis colli  
gentes: atqz his que dicta sunt tanqz re  
gula quadā vtentes: ad quā acie diriga  
mus ad explicanda intelligibilia dei no  
mina iā pgamus. Iaz vero q̄d nobis in  
vniuersa theologia lex sacra sancit/intē  
tissima in deum mēte diuinitus effulgen  
tia (vt p̄prie dixerim) spectacula specule  
mur. Atqui et aures expiatas sacroz dei  
noim explanationibz adhibeamus. Sā  
cta sanctis ex traditōe diuina dūtaxat in  
sinuātes. Ea qz a risu illusiōeqz p̄phanoz  
interim vindicātes. Immo vero illos ip  
sos si qui omnino sunt tales ab h̄ errore  
(qui diuinis repugnant) pro viribus li  
berātes. ¶ Ne quidē ista cōseruare optet  
optie timothee iuxta sacratissimam san  
ctionem. neqz inter p̄phanos eloqui aut

efferre diuina. ¶ Tibi autē prestet deus  
rite vt diuina decet laudare beneficia et mlt  
tiplicia nomina deitatis appellatiōe no  
mineqz carentis: nec ori meo verbum au  
ferat veritatis.

¶ Que deitas peressentiam. que  
per participationem. quomō bo  
nitas sit proprium dei nomē. In  
tritate que cōia sint. que propria.  
¶ Basilus.

**Erarchia usita**

**I**ntissima apud Dionisium appel  
latio dei que interpretatur diuini  
fima significat deitatem primā: deitatis di  
uinitatisqz vni<sup>us</sup> cuiusqz p̄cipiū. Opina  
tur em̄ platonici deū primū intellectibz  
omnibz tam humanis q̄ angelicis im  
pressisse proprium quendam sui caracte  
rem tanqz proxime a se creatis: quē alibi  
appellauimus vnitatem: atqz etiam boni  
tatem. Que quidem vntas in naturis is  
tlectualibz sociāz superat multitudinez  
In naturis vero deterioribz sepius a cog  
nata multitudine superatur. Intellect<sup>us</sup>  
igitur ob naturalem excellentemqz vni  
tatem diuini dicuntur. Et quatenus in  
eam collecti per eam fruuntur et deo/dū  
quandoqz cognominantur. Hac igitur  
rōne deus ip̄e alioquin simpliciter profe  
rendus dicitur/et primus deozum de<sup>us</sup> et  
diuinitas et deitatisqz vniuerse p̄ncipiū. P  
sa per se bonitas cum significet summā/  
tum sufficientiā/tum etiā amplitudinē  
pre ceteris exprimit p̄ncipiū primi natu  
ram. Presertim quia p̄prietas illius ē om  
nia facere. Boni qz ip̄ius ē efficere omnia:  
si q̄dē eiusdē ē eūcta perficere. Intellect<sup>us</sup>  
aut q̄ rōne simplr intellect<sup>us</sup> existit: nō est si  
būpi sufficiens. Sz ē q̄si q̄dā ocul<sup>us</sup> institu  
tus et aspirās ad itelligibile lumē. neqz h̄  
ip̄m lumē ē p̄m<sup>us</sup> ip̄e d̄s. Subit em̄ q̄ndā  
(vt dixim<sup>us</sup> alibi) cū intellectu p̄p̄tōz mlt  
to min<sup>us</sup> eēntia atz vita sibi met sufficiunt  
q̄ndē intellect<sup>us</sup> q̄ p̄fectōez nō sat sibi ip̄se  
fac. Deniqz si vez ē q̄d pleriqz p̄p̄terici  
putāt: ip̄m vicz ens q̄ rōe ens ē intellect<sup>us</sup>:  
obiectū intellectui adeq̄tū/nimirū n<sup>on</sup> ens  
nec eēntia esse p̄t p̄ncipiū vniuersū. Quip  
pe cū intellect<sup>us</sup> h̄ inferior ens vniuersum



vndiq; circūfūret et penetrat et distiguit  
et compōat atq; definit tanq; rem por-  
tione quadā intellectui cōiugatā. ¶ Om-  
nia cōiter nomina a sapientib; attributa  
deo: ppter ea q; pfectionē simpliciter excel-  
lentiāq; significant: singulis trinitatis di-  
uine psonis eque cōueniunt. vt bonitas  
īpa. immensa potestas: causa oīm prima.  
atq; similia. Nam et eiusmōi noīa ad cele-  
brandā diuinā naturā instituta sunt:  
et natura diuina tota in singulis psonis ē  
penitus vna. ¶ Que vero ppietate per-  
sone significant psonis ceteris nō conue-  
niunt. vt pater. filius. spiritus. Itēz gene-  
rare generari. pcedere. ppiū quoq; filiū  
est humanā sibi naturā assumere. ¶ Beni-  
tor quo potentior est eo sibi similiozē pro-  
lem generat. Potestas igit infinita ad in-  
finite cōsimilē: similitudo vero ad equa-  
litatem adolefcēs gradatim in ipam idē-  
tatem postremo resoluit. Vna est igitur  
nature in patre et filio singularitas. tan-  
ta dumtaxat distinctiōe seruata quanta  
est omnino inter genitorem ac genitū ne-  
cessaria. Id aut est vt s; quidē sit ab illo/  
neq; vicissim. Similis quoq; distinctio  
est inter p̄rem vna cū filio pcedentē spiri-  
tūq; productum. atq; procedentē. Que q̄  
dem distinctio priorē alium alio sola for-  
san designat origine. Quia vīz hec ab il-  
lo. neq; cōtra. Neq; propterea prior ē ali-  
us alio vel tempore vel natura. Nō tpe.  
quoniā et hic et ille pariter est eternus. nō  
natura. quoniam ita natura est singula-  
ris vna/quemadmodū in nobis natura  
in patre filioq; specialis est eadē. Que q̄  
dem in nobis ac multo magis in igne vl-  
lumine ad identitatem summam vidē an-  
nici. quā ab euo possidet in diuinis.

¶ Que i trinitate communia sint.  
que propria.

¶ Byonisi?

**I**psa per se bōi

tas a sacris celebratur tanq; de-  
finiēs atq; exprimens totā dei-  
tatis supreme substantiā/quicqd tandem  
existit. Quid em aliō ex sacra theologia  
discere l3. quādo supnū ipm deū ait expo-  
nendo dixisse. Quid me interrogas d bo-  
no. nullus bonus nisi solus deus. ¶ Hoc  
igitur alibi a nobis discussum est atq; de

monstratū. Omnes semp denominationes  
deo dignas non diuisim per partes/  
sed in tota perfecta integra plena deita-  
te a sanctis eloquiis celebrari. Pasq; om-  
nes indiuidue/absolute pter omnē dis-  
criminis obseruantia integra vīz ratioe  
vniuerse integritati pfecte totiusq; deita-  
tis attribui. ¶ Nam vero (quēadmodū  
in theologicis institutionib; ammonui-  
mus) nisi quis hoc de tota deitate dictū  
confiteat scidere audet temeritate nesan-  
da vnitatem ipam supunitam. Dicendū  
igitur de tota deitate hoc accipi oporteo-  
re. Nempe verbū quoq; ipm natura bo-  
nū/ego inquit bonus sum. Atq; aliq; ex  
p̄phetis diuinitus occupatus canit spiri-  
tū bonum. Huc tendit et illud. Ego sum  
qui sum. Nisi de tota dictum deitate cō-  
sentiant/sed per vnam dūtaxat partē cir-  
cūscribere annitant/quonam modo illō  
accipient. Nec ait qui ē/qui erat/qui vē-  
turus est/qui est omnipotens. Item illō  
Tu autem idē ipse es. necnō et illud. Spi-  
ritus veritatis qui est/qui a patre proce-  
dit. Atqui nisi totam deitatem esse vitaz  
dicant atq; viuificam. Quo nam mō ve-  
rum est verbum sacrum/quod ait. Quē-  
admodum pater suscitāt mortuos et viui-  
ficat sic et filius quos vult viuificat. Et  
illud. Spiritus est qui viuificat. Jam ve-  
ro q; tota deitas habeat omnium domi-  
natum perspicue patet. Nempe de secū-  
da patris deitate/vel deitate filiū. nō faci-  
le narratus est (vt arbitror)q; multz the-  
ologie locis predicetur dominus d filio  
pariter atq; patre. Spiritus quinetiam do-  
minus est. ¶ Ipsum quoq; pulchrum at-  
q; sapiens in tota deitate laudatur. Lus-  
men pterea. potestasq; deifica similiter  
atq; causa. Suncta summatim que toti-  
tatis supreme sunt/sacre littere in vni-  
uersam deitatem referunt celebrandam.

¶ Nomina trinitati communia  
quandoq; summatim comprehē-  
duntur. quandoq; discursiōe qua-  
dam enarrantur. ac dum de vno  
predicantur de omnibus predica-  
ta censentur.

¶ Basilii.



# Paulus scribens

**P**ad Colos. filium inquit dei esse patris quidē imaginē mūdi vero exemplar. in quo sint omnia genita. Item per ipm tanq̃ efficientē causā omnia facta fuisse. Rursum in ipm vel ad ipsum referri omnia vt ad finē. deniq̃ i eo cuncta cōsistere velut in causa confuātē. Dum vero de filio loquēs ipm esse omnium causam inquit. exemplarē. efficientē. finalē. conseruantē. quatuor hec munera nō solū filij: sed etiā p̃ris sanctiq̃ spiritus esse censet. ¶ David q̃z vbi ait spm crea re omnia/ intelligi vult patrē quoq̃ z filiū vna cum spiritu procreare. Quaz sane cōmunionē declarat euangelij: vbi filius inquit patri. tua omnia mea sunt. atq̃ vicissim. Deniq̃ spiritui q̃z dant quēcunq̃ patri filioq̃ tradunt. S; aliquando munera hec eiūsmōi discursiōe z quasi distinctiōe quadā gradatim diuinis personis attribuant (vt diximus) Interdū vero summam: vt qn̄ dicis. oīa sūt ex dō

**¶** Diuis personis communia aliquādo summam comprehenduntur. aliquādo attiguntur articulati

¶ Byonius.

**¶** De personis diuinis cōia se littere sacre aliquādo summam cōprehendūt. velut quādo dicis. oīa sunt ex deo. aliquando discursiōe z quasi distinctiōe quadam vt qn̄ dixerit quispiā. oīa per ipm: atq̃ in ipm creata sūt. z in eo cūcta p̃sistūt. Rursum illud. emittes spm tuū z creabuntur. Atq̃ vt summam dicat: verbū ipm sup̃ me diuinū inquit. ego z pater vnū sum. Et omnia que habet pater mea sunt. Et quādo sic p̃rem alloquitur. Dea omnia tua sunt. atq̃ tua sunt z mea. Preterea q̃cunq̃ p̃ris sunt/ atq̃ filij/ spiritui q̃z sup̃ me diuino cōicabiler vniteq̃ attribuitur. Deificas opationes venerationē fontinā indeficientēq̃ cām. Optimorum munerū distributionē. ¶ Itā vero neminem arbitror ex his q̃ in diuinis eloquijs res cōmutabilesq̃ itelligētia sūt educati huic sentētie p̃dictarū. Ad vicz q̃cūq̃ deo

digna censent toti diuinitati insunt/ ratione diuinitatis absolutissima. ¶ Quā igitur hec in p̃sentia quidē breuiter atq̃ ex parte: alibi vero sufficiēter sacroz eloq̃orū testimonio ostēderim? atq̃ distinxerimus/ deinceps quācunq̃ diuinā denotatiōē integrā explicare tentemus/ hanc ad totā diuinitatē pertinere putandū.

¶ Eloquia diuinitus ispirata sunt totius theologie p̃cipia. In qua mysteria multa humana superat ratiōem. Illis ergo p̃ncipiis ad quiescēdum. si quis illa negauerit nō est cum illo de theologia loquēdum.

¶ Byonius

**¶** Quis aut obiecerit cōfusiōē nos hac ratōe cōtra distinctiōē diuinitati cōuenientē introducere/ nos hunc arbitramur se vera dicere/ nūq̃ p̃suasurum. Si em̄ is est q̃ oīno sacris l̃ris resistat/ a p̃bia q̃z nostra p̃cul admodū aberit. Atq̃ nisi cure illi sit dīna sctōz eloq̃z sapia/ quonā pacto nob̄ cure erit ad theologicā sciētiā hūc adducere. ¶ Sin aut sacroz eloq̃z veritatē q̃si signū spectat/ hac z nos reglā luceq̃ freti/ ad rōnem nrām p̃ viribz p̃tra obiecta reddendā indeclinabilis iā p̃gem? P̃cipio dicētes theologiā alia q̃dē vnite/ alia p̃o discrete nob̄ tradere. Quare neq̃ vnita diuidere fas est/ neq̃ discreta p̃fundere. S; ipaz seq̃ndo q̃ntū vires sup̃erūt ad dīnos splēdores p̃ferre nos expedit. Itā p̃o nos illinc dīnas explicatiōes suscipiētes/ tāq̃ regulā q̃ndā p̃itaris pulcherrimā/ q̃ ibi posita sūt i nob̄ ipis p̃suare studem? nec addētes q̃cūq̃/ nec minuētes: nec etiā p̃mutantes: i fūadis dīnis eloq̃is nos interi conseruati. Atq̃ ab ipis ad p̃seruādos eorū obseruatores corroboreti.

¶ Que sint in diuinitate cōia que propria.

¶ Basilus

**¶** Alia in diuinitate cōia se. alia p̃pa. duo p̃o se cōium genera. aut em̄ excellētes q̃dā negationes sunt. vt super bonum/ super elēsentiam atq̃ similia. Aut progressus ex



deo benefici. ut bonum et essentia cetera  
q̄ similia. ¶ Duo q̄ sunt genera p̄p̄ioz  
Aut em̄ p̄sone ip̄e divine sunt p̄sonarūq̄  
p̄p̄ietates/aut humanitatis assumptio a  
verbo divino tm̄ facta. ¶ Et si q̄ est pa-  
tris p̄p̄iū. id est generare. nō sit cōe filio:  
cui est p̄p̄iū generari/nō tamen p̄p̄erea fi-  
lius gradū tenet inferiorē. quia nec tem-  
pore/nec natura posterior est q̄ pat̄/nec  
minus diuinitatis habet. Tota enim est  
v̄trobiz/eadēq̄ diuinitas. hoc tm̄ disse-  
rens qd̄ hic existit inde/neg vicissim.

¶ Que sint ī diuinitate cōmunia.  
que propria. ¶ Byonisius.

**C**ommunia qui-  
dem toti dīnitati sūt/quēadmo-  
dum in theologicis institutiōni-  
bus latius et sacris litteris demonstrau-  
mus:ip̄m qd̄ dic̄ sup̄ bonū. sup̄ deitatē.  
sup̄ essentiā. sup̄ vitā. super sapiam. et que-  
cunq̄ in excellēti quadā negatōe p̄sistūt.  
Quoz in ordine sunt etiā que ad exp̄es-  
sionē cause pertinent. scz bonū. pulchritu-  
dens. viuificum. sapiens. et q̄cunq̄ noīa ex  
beneficiis ip̄i? donis bonorum oīum cau-  
se tribuunt. ¶ Discreta vero in diuinita-  
te sunt sup̄essentiale patr̄ nomē/resq̄ ip̄-  
sa p̄p̄ie patri. itēq̄ filiū/sp̄s q̄ scti. Quip̄-  
pe cū nulla in his cōuerlio/aut omnino  
cōmunitas inducat. Discreta p̄terea ē p̄-  
fecta immutabilisq̄ Iesu substantia cū no-  
stra natura cōmunicās: et quecunq̄ s̄bsta-  
ntialia mysteria sunt ad ip̄am Iesu substan-  
tiam: humanitatemq̄ benignissimā per-  
tinentia.

¶ De vnitāte et discretiōe diuina.  
¶ Marsilius.

**V**eritatem appel-  
lamus in deo ip̄am diuine in-  
finitatis singularitatē nulli fo-  
ris cōicabile. Discretiōem vero dicimus  
p̄cessionē rez ex deo manantiū. Nisi enīz  
p̄cessio fiat/nec deus habebit a quo disti-  
guat̄:nec vlla rez erit inter se distinctio.  
Tuncta siquidē in deo sunt vnū. Res ip̄-  
se procedentes cōseruant interim mutu-  
am vniōē.nā in vno quodā conueniunt  
cum sint ab vno. ¶ Itē penes diuinā vni-  
tatem(quale mō diximus)p̄sonaz consi-

deramus distinctionē:rursus in hac disti-  
ctione communionēz. Tum quia v̄otes  
omnes per excellentiā deo tribute/sic in  
vnaquavis p̄sone sunt/sicut in alia. tum  
quia p̄sone quelibet est in alijs cūcta sum̄  
atq̄ distincta/quēadmodū lumina lumi-  
nibus insunt.

¶ De vnitāte et discretiōe diuina.

**O**mnis.

ro est (ut arbitroz) ut plani re-  
sumētes/p̄fectū diuine vniōis  
distinctionisq̄ modū exponamus. Quo  
sermo nobis oīs sit cōspicius / varia-  
tē quidē oīm obscuritatēq̄ deitās. Dis-  
tictē v̄o et manifeste et ordinate pro viri-  
bus p̄p̄ia digerēs. ¶ Theologicē tradi-  
tōis nostre p̄ceptoz appellat. ut alibi  
dixi. vnitates qd̄ dīnas excellētēs q̄dā  
ip̄ius plusq̄ ineffabilis et supra modū in-  
cognite singularitatis stabilitatisve fir-  
mitates/secretas penitus nusq̄ ve p̄deū-  
tes. Discretionē autē vocāt beneficias su-  
preme diuinitatis p̄gressionē atq̄ exp̄s-  
siones. ¶ Itē v̄o eloq̄oz sacroz obfua-  
tes tradūt vniōis mō dicte p̄p̄ia qdā:  
rursusq̄ discretiōis p̄p̄ias quasdā vniō-  
nes atq̄ discretiōes. Velut in vniōe di-  
uina/siue natura illa essentiā sup̄ante cō-  
mune quidē est vnice p̄ncipalīz trinita-  
ti existentiā essentiā superans. Deitas di-  
uinitate sup̄ior. Bonitas bonitate p̄stan-  
tior. Itē identitas ipsa totius p̄p̄ietatis  
oīa sup̄antis/oīa sup̄ans. Vnitās q̄z p̄n-  
cipio eminētiōz. P̄terea ineffabile. Vi-  
cissimq̄ multis vocibus p̄dicabile. Igra-  
tio quinetiā:ac vicissim per oīa intelli-  
bile. Omniū p̄ositio/oīm ve negatio. Ex-  
cellētiā q̄z oīm p̄ositioz ablationēq̄ exce-  
dēs. Personaz p̄tea rōne p̄ncipij dīnanti-  
um/si dicere ita ēz/māsiō ī se inuicē atz se  
des itēgre supra modū vnita/nllaq̄ ex p̄-  
te p̄fusa. Quēadmodū lumina lapadū/ut  
sensibilibz p̄p̄isq̄ vtamur exēplis in do-  
mo vna cū sint/et tota ī totz mutuo sūt/et  
sincera interi exactaq̄ a se inuicē discretiōe  
p̄p̄ia secernunt: discretiōe quidē cōiuncta  
et vicissim vniōe inter se discreta.

¶ De vniōe atq̄ discretiōe luminū  
atq̄ diuioz. ¶ Marsilius.



**In aula lucer**

**I**n aula lucer nis tribo illustri deabules: tres ymbre resultant. Preterea si in gentē tabulā lucernis illis opponas: cuius in medio sit foramē/ lucerne tris per foramē illud tria lumina e transuerso trañciunt in oppositū. Unde coniungimus emicātia lumina in aere inuicē nō confundi. Sed quāuis sint cōiuncta loco/pura tamē sunt suāq; pprietatē seruāt inter se discretā. Spiritus em̄ corū natura facit vt nō cōmisceant inuicem i no uam cōmunēq; formā: sicut solent corpo ree qualitates. Quāq; astrologi putant e multis radijs vim nouā aliquā procreari. Radijs tamen interim nō commixtis. Quāobzē vnūquodq; lumen discerni p̄t ab alio: nec alieni quicq; secū ferens. nec relinquens sui atq; vt Plotinus ait: p̄ncipiū suū passim/ et assidue comitās. Profecto plurib; lucernis adductis splendor inde fit ingētor. Vnaquaq; subducta fignior. Vnaqueq; em̄ lumen suū et affert veniens/ et aufert inde discedens. Si lumina ob incorpream pprietatē in corpe tamē existentia/ munus id consequunt/ vt et vnita inuicē/ et simul discreta iter se mirabiliter esse possint/ multo magis id habent/ que magis sunt a corpib; separata. Ut ipius anie virtutes atq; scientie. Magis etiā ipe inter se substantie aniaz. Magis insup inuicem intellectus angelici. Vnde oim trinitatis diue persone. Cuius quidē tam vnitatis q; discretōis participatione quadam singula deiceps pro modo suo gradatim vnionem discretionē reportant.

**De vnione discretōeq; luminū**

**Byonius.**

**Quando in aula**

**Q**uadē lampades accense sunt plures/ videmus oim lumina ad vnū aliqd cōiuncta lumē/ vnūq; splendorē indiuiduū pferētia. Neq; posset (vt arbitror) aliqd lāpadis huius lumē ab alijs et aere cūcta lumina p̄tinēte discernere: et aliter absq; alio cernere. Quippe cū tota i totis sinemixtiōe sint isera. Itā p̄o si qd lāpadē vnā e medio tollat/ lumē q; p̄riū ei? totū

tum abeūtē lāpadē comitabit: nec quicq; alioz luminū secū trabēs: neq; ex suo cetis aliqd liqns. **¶** Erat em̄ (vt dixim?) illic totoz ad tota exacta qdēz vnio/ nec vllō mō cōmixta/ nec vlla ex pte confusa. Id qdē ita se bz. Quāuis lumē sit i corpe aere/ atq; ex igne materiali dependeat. **¶** Vnionē igit illā cōntia supiorē trāscēdere dicim? nō vnioēs tū q; sūt i corpe: s; eas etiā q; in anis ipis pficiunt. Imoz illas q; efficiunt i mētib;. Quas qdē tota illa dīna et supcelestia lumia: p tota rōe pl? q; mūdāna sincere admodū possidēt: p̄cipatōe qdā vnitatis illi? oib; eminētis: et vnicuiq; p cuiusq; mō seipam ipertietis. **¶** Discretio diuinay personarū duplex.

**¶ Basiliius**

**Eminā in trini**

**O**tate p̄sideram? discretiōem. tū q; existētia p̄ris/ alia ē atq; filiū: et existētia filiū p̄risq; alia est/ atq; spiritū. Tū etiā qm̄ act? p̄ri/ p̄ri? qd est generare nō puenit filio. Neq; act? filio p̄rius. id ē nasci/ p̄ri p̄petit. Sillq; pcedere ad spm̄ solū p̄tinet. Itā nec p̄r est fili?/ nec filiū est p̄r. Neq; spūs simili rōe. **¶** Dyo.

**Et aut discretio**

**E**apō supmā theologiā/ nō soluz qua mō dicebā/ q; vicz iuxta ipam vnitatē dīna qlibet substētia purā et impmixtā suā sibi fūat pprietatē: s; et qm̄ dīna illic generatio inuicē nō p̄nectit. Nepe sup̄p̄erēntial deitatis fons sol? ē p̄r. neq; p̄r est fili?/ neq; fili? ē p̄r. sacri igit hymni sua vnicuiq; dīnaz psonaz pie planeq; p̄seruat. De qdē fm̄ ineffabile vnitatē. atq; existētiā vniones et discretiōes existunt. **¶** De discretiōe et vniōe dīna i creaturay processioe. **¶** Basiliius.

**Processiōe re**

**I**rū ex dō cōsiderat discretiō sil? et vnio. Discretiō qdē q; de? vidz seipm̄. i. silitudinē suā i p̄les imagies deriuare: sic et sol lucē suā i radios q; plimos: et vult? vn? circa speculū effigie suā i mltas imagines. Vnionē q; interi cogitā? Tū q; nec vnitas ipsa dīna vlt multiplicat



intus vel diuidit foris/ vel admisceat. tū  
etia quia bonorum progressio cunctorum  
eque fit a filio atq; spiritu sicut a p̄e. Pro  
fluunt autem ex deo bona q̄s plima. preci  
pua vero tria. scilicet/ essentia/ vita/ intel  
ligētia. quēadmodum ad solem/ lumē/ ca  
lor/ ordo formarū. ¶ Preterea sicut a p̄e  
eto circuli medio lineę circūquaq; pluri  
me. pducuntur/ ip̄o interim in longitudi  
nem nō producto ab alijsq; distincto. Li  
nee vero inde/ et suum quęq; punctū pos  
sident/ et indiuiduitatē in latum profun  
dumq; suam. Rursus sicut multe impres  
siones ex vno eodemq; sigillo/ nō multi  
plicato/ nō diuiso/ nō omnino conuicto.  
Ita ferme rerum processio fit ex dō. diui  
na tamē simplicitas absq; p̄portione segre  
gatio est a rebus inde fluentib; q̄s centruz  
atq; sigillū. diuina quoq; potestas est re  
bus presentior q̄s alterutri.

¶ Dionisi.

**S** autēz diuina  
quoq; discretio est beneficis vni  
tatis diuine progressus seipsam  
plusq; vnite bonitate sua p̄pagantis/ atq;  
multiplicantis: vnite quidem sunt in di  
cretionē diuina traditiones ip̄e donoꝝ  
a rebus p̄enit? absolute: siue essentia siue vi  
ta: seu sapientia inde p̄cedat ceteraq; cau  
se omniū bonitat; munera. Iuxta que ex  
participatōib; atq; participantibus ce  
lebrentur que participant: interim nequa  
q̄s participata. ¶ Id sane cōmune vnitū  
q̄s est et vñū toti penitus deitati. Ip̄az vi  
delicet omnē totāq; ab vnoquoq; parti  
cipante sumi: atq; a nullo interim vlla  
ex parte percipi. Quēadmodū circuli cē  
trum ab omnib; circūfusiis rectis i circu  
lo lineis. Atq; veluti sigilli figuramenta  
plurima/ p̄ncipalis figure participia sūt  
vbi et in singulis figurationib; idem to  
tūq; sigillū est: et i nullo vlla ex parte rur  
sus existit. ¶ Sup̄eminet autem hec in  
cōmunicabile illud deitatis omniūz au  
ctoꝝis. Propterea q̄ neq; tactus illius ē  
vllus: nec alia queuis ad participātia p̄  
mixta communio.

¶ Differentes sub eadem idea re  
sultāt imagines ob differētiā sub  
iectoꝝ.

¶ Basilii.

**S**igillum manu

potenti ductum/ imaginē suaz  
eandem/ vniuersam exactā/ q̄n  
tum in se est subiecto cuiq; tribuit. Mul  
te vero fiunt sigilli eiusde; imagines/ q̄a  
multe materie sunt: p̄fectionis quoq; gra  
dibus differētes euadunt q̄m materie ad  
mouent gradib; diuersis affecte. ¶ Si  
militer ferme se habent diuine exemplar  
is idee quelibet ad subiectas sibi mate  
rias/ vel naturas. Materie vero vñ natu  
re nō solum per medias causas ad diui  
num exemplar varie disponunt: sed et ip  
sa p̄uidētia dei ad p̄scriptū finē medi  
as vbiq; causas agitante. Quēz ita natu  
ras varias ab initio p̄creauit.

¶ Dionisi.

**O**biiciet forte q̄s:

piam sigillum/ n̄ idem/ nec totū  
in totis formationib; esse. Sed sigillum  
nō est in causa. Aliud nāq; se totum idem  
q̄s imprimit vnicuiq;. Differētia vero p̄ci  
pantiū dissimiles vnius totiusq; et eius  
dem exemplaris p̄mi reddit effigies. si  
em subiecta sint mollia formatuq; facilia  
et leuia/ figurisq; vacua neq; resistentia/  
durāq; neq; fluxa/ rursus et incōstantia/  
figurā certe puram et expressam permāsu  
ramq; reportabūt. Si quid vero ex his  
que diximus p̄paramētis defuerit: defe  
ctus eiusmōi erit in causa/ vt et figura mi  
nime congruat exemplari: et obscura con  
tingat. Atq; vt cetera quoq; accidant/ q̄t  
cunq; participationis ineptitudine fiūt.  
¶ De discretōe rursus et vñōe di  
uina circa christum.

¶ Basilii.

**Q**uas inpresen

tia circa deum discretionēs cō  
sideramus. primā: q̄ nec pater/ nec sp̄i  
tus: sed filius naturam assumpsit huma  
nam. Naturam dico nō p̄sonā: sed in ip̄a  
diuine vnione persone. secundā q̄ actio  
nes passionēq; christi p̄osus humane  
vt concipi/ nasci/ esurire/ comedere/ dor  
mire/ dolere: quodāmō quidē attribui  
filio possunt/ videlz humanā induto na



turaz. Patri vero spirituique nullo modo possunt. Sed geminam vicissim unionem excogitamus. Primam. quod pater / filius / spiritus voluntate eadem penitus consenserunt: filium videlicet hominem effici. Secundam. quod diuine omnes in christo operationes eque sunt toti trinitati communes. Notabis interea eternum dei verbum assumpsisse corpus humanum non ex celo / ut opinatus est Celestinus atque Valerianus. sed ex nobis. Item totam naturam nostram non subtracta anima vel intellectu. quod Arius Apollinarisque suspiciant. denique naturam veram non imaginariam / qualem manichei somniauerunt. Tres enim hos errores ipsa Dionysii verba pculdubio confutant.

Dionysius.

**I**psa quidem

operatione diuina erga nos benefica munus hoc discretus est quod vix substantiale dei verbum secundum nos et ex nobis integrum atque verum assumpsit naturam. Item quod gessit et pertulit quicunque diuinitatis ipsius facte iam humane: propria sunt atque precipua. In his enim pater et spiritus nullam habuere communionem. Alii forte quis dixerit in benefica clementique voluntate circa assumptionem eiusmodi consensisse. Rursumque conuenisse simul in omni operatione diuina ineffabili penitus et excelsa / humanam naturam exuperante: quam gessit dei verbum secundum quidem nos factum homo: sed diuinitate penitus immutabile. Hac igitur et nos ratione unire / et discernere diuina differendo studemus quemadmodum ipsa diuina / communctaque sunt atque discreta.

Quibus viis ad deum accedimus. ratione et veneratione. Bar.

**D**iuina dua

bus precipue viis accedimus. Aut enim ratione / aut ut veneratione mouemur. Ratione quidem ad cognoscendum esse deum ex ordine mundi. Esse potentissimum ex motu totius rerum effectum. Esse optimum ex usu rerum / et communitate mirabili. Eadeque quoque via per-

cipium vniuersi ex participationibus suis cognominamus deum. quia deos efficiat vel diuinos. essentiam. vitam. sapientiam. bonitatem. quia esse rebus tribuat: vitamque et sapientiam. siue ordinem. et benefica dona. Hucusque humana ratio lumine naturali procedit. Et ipsam vero naturam dei in seipsa manente: et mysteria trinitatis / atque similia / veneratione potius preparamus. Generatio ad deum geminis prouolat alis. fide videlicet et amore. Quibus de nobis deo coniungimur unione quadam intelligentiam superante. Qui tandem ita deo fruitur agnoscit protinus non esse deum / vel penes deum simile vel tale aliquid quale prius excogitauerat / quando principium ree ex participantibus / participationibus donis cognominabat. Hinc platonici illud in epistola ad Dionysium simile. Animus noster affectat qualia diuina sint intelligere / aspiciens in ea que sibi cognata sunt: quorum nihil sufficenter se habet. Nam in ipso rege omnium et penes ipsum nihil est eiusmodi. Quod autem post ipsum est / animus dicit. Hec Plato. Cognata quidem animo sunt substantia incorporea / viuifica. sensualis. rationalis. intellectualis. intelligibilis. sapiens. Nam ipsa anima vel hec ipsa est: vel horum particeps atque compos. Quatenus vero in seipsam suam respicit / per hec deum indicat / atque nominat eatenus quoque fallitur. Transitus vero animus quandoque est hec omnia. Tum demum non amplius meretur.

Dionysius

**E**o harum unio

num atque discretionum / rationes deo dignas quasque in diuinis eloquiis inuenimus / in theologicis institutionibus propria seorsum de singulis distinguentes / pro viribus exposuimus: alia quidem vera ratione euoluentes et explicantes. Atque ita sacrum / tranquillumque intellectum ad perspicua sacrorum eloquiorum spectacula perducetes. Alii autem tanquam mystici ex traditione diuina super intellectualem actionem intendentes. Diuina enim omnia etiam que nobis patuerunt solis participari omnibus cognoscunt. Hoc ipsum vero qualia

ps. 3.  
s. 1.



In seipis existant finem primum principium atque  
sedem/super intelligentiam exeat: omnemque ef-  
ficientiam et noticiam supereminet: veluti  
si superessentiale illud atque secretum ap-  
pellamus deum aut vitam/ aut essentiam.  
Velut lumen vel rationem atque verbum  
Nihil intelligimus aliud quam aliis in nos  
ex eo profluentes/participaciones/atque ve-  
ritates. quod videlicet divini nos aliquid fa-  
ciant/vel essentiam aut vitam/aut sapien-  
tiam largiantur. **¶** Ipsi vero secrete natu-  
re per quandam omnium intellectualium  
actionum vacationem penitus absolutam  
appropinquamus: nullam iam aspicien-  
tes deficientiam: aut vitam/aut essentiam  
que omnino similis sit ipsi omnium cause.  
cuncta propterea per omnem excellentiam  
superant.

**¶** De trinitate et donis trinitatis  
in naturis intellectualibus.

**¶** Marsilius.

**¶** **E** fecunda solis

natura nascitur ipsa lux intima solis:  
equalis generati nature et a cen-  
tro ad superficiem solis usque producta. **¶** Su-  
perficie rursus eadem equalitate reflectit  
vndeque se ad centrum splendorem ipse calefacto-  
rius ex natura luceque profectus. Eodem  
ferme modo in divinis ex patre filius spi-  
ritusque existunt. Tam et si modus ille intel-  
ligentiam nostram superat supra modum.  
**¶** Verum qualiscunque modus ille sit/ in-  
telligentia saltem hucusque progreditur: ut  
excogitet: quemadmodum a sole omnia dia-  
phana. id est. luci peruia/evadunt momen-  
to lucentia penitus ideoque solaris: sic ex  
deo intellectuales substantias puritate dia-  
phanas/suscepto protinus fulgore divi-  
no/divinas et quasi deos evadere. **¶** Et ful-  
goris huius fecunditate intellectus ubi-  
que superiores lumen in sequentes effunde-  
re. **¶** Quis infusione illi quidem hos quasi  
regenerent: hi vero illinc quodammodo re-  
nascantur: ferme quemadmodum luna ex sole il-  
luminante renascitur. **¶** Hac igitur ratione di-  
vini patris filiusque munera per generatio-  
nem/natiuitatem in sequentes perveniunt intel-  
lectus. **¶** Pervenit quoque munus sancti spi-  
ritus dum ille suum cunctis inspirat amorem.  
**¶** Unde per amorem affectum intellectus

tum superiores generant: tum inferiores in-  
de nascuntur: quatenus hi semper ab illis con-  
vertuntur/purgantur/illuminantur/perficuntur.  
**¶** Denique sicut materia corporalis per poten-  
tiam formabilem ad actum forme parat: unde  
generatio sequitur. Ita substantie spiritus  
alis per amorem affectum qui sancti spi-  
ritum representat superioribus intellectualibus ex-  
ponuntur: atque expositi renascuntur.

**¶** Ratio tamen ipsa generationis.  
natiuitatis. spirationis divinitati pro-  
pria sequentia hec quavis quoquo  
similia infinito propterea superat in  
tergello.

**¶** Dionysius.

**¶** **E** cepimus insu-

per a sanctis eloquiis: patres que-  
dem esse fontanam (ut ita dixerim)  
deitatem. **¶** Filium vero spiritumque secundum dei-  
tatis: si modo ita licet loqui/germina di-  
vinitus pullulantia/et quasi flores: et super  
substantialia lumina. **¶** Sed qua ratione hec  
sint/nec loqui/nec intelligere possumus.  
**¶** Hactenus vero nostra omnis intellectu alis  
actio se extendit: ut videlicet excogitet om-  
nem patris ipsius ac filii rationem/ab ipsa rati-  
one patris/filiique prima omnibus eminen-  
te/et nobis/et virtutibus supercelestibus esse  
tributa. **¶** Ex qua quidem intellectus divina  
imaginem preferentes/et dei et deorum filii/et de-  
orum patres fiunt atque nominantur. **¶** Dum vicem id  
patris filiique munus spiritualiter ubique per-  
agitur. id est. incorporea immateriali intelligen-  
bili ratione. **¶** Pro interim divinus spiritus quicquid  
intelligibile immateriale divinum fingitur  
excellentissime superante similiterque patre  
atque filio ab omni divino patris filiique of-  
ficio eminenter exceptis.

**¶** Causa superat effectum. nec est  
in effectu ad superiorem causam  
perfecta similitudo.

**¶** Marsilius.

**¶** **E** lusa tanto saltez

excedit effectum/quanto movere et  
agere superat moveri atque pati. hac  
vitiis ratione causa quilibet quocunque efficiens  
potentior est effectu: preteritum quoniam cau-  
sa quidem effectum prefert. hic autem neque seipsum ne-  
que illam preferre potest. **¶** Potissimum vero cause



ille operibus suis prestantiores sunt que non eadem specie comprehenduntur. sic ignis generans cum igne genito: sed ad genus quoddam superius attinent: quodammodo sol atque mars ad ignem se habere videntur. Jam vero eiusmodi causa simpliciter gignit effectum. seu sol cum Marte simpliciter generat ignem. Hic autem ignis quando alium generat ignem: non generat ipsum simpliciter ignem. Alioquin se ipsum et precedentem ignem progeneraret. Sed hunc ignem hic atque nunc et in tali materia gignit: imo producit et quasi propagat iam existentem. Quando igitur efficiētes causas operibus anteponimus: negamusque opera perfecta ad causas similitudinem obtinere de causis specie differentiibus ab effectu verba facimus. Quod obrem neque sol necessarius similiter caleat: propterea quod ignem generet ita calidum. Neque rursus calor ipse similiter caleat: quāvis causa sit formalis quod caleat ignis. Neque iterum calefit ignis. Et causa sit efficiēs qua calefacit lignum. Neque vivificat vitam: quando corpus ipsa vivificat. Neque etiam vivit ea videlicet participatōne vite qua per ipsam vivit corpus. Verum si vitam dicat vivere hoc ipsum in ea vivere est ipsam vitam actu suo proorsus existere: vel naturalem sibi actum in seipsa secum penitus edere.

Byronisius

**N**eq3 enim est esse:

actibus ad causas similitudo perfecta. Sed habent quidē effectus quas preferre possunt: imagines causarum. Ipse vero cause segregate ab effectibus in se super extant: ipsa vicz sua ratione principij. Atque ut exempli nostris utamur voluptates et dolores efficere quidē dicuntur ut oblectemur atque doleamus. Ipsa vero neque letantur neque merent. Atque et ignis cum calefaciat: utraque neque vix tamen neque calefieri dici solet. Tum vero si quis dixerit ipsam vitam vivere: vel lumen ipsum illuminari: meo quidē iudicio non recte loquitur: nisi forte alia quadam conditōne hec acceperit. Quoniam videlicet que pertinent ad effectus ratione quadam essentiali atque eruberante in causis preexistunt.

De conceptione christi. et assum-

ptione humanitatis atque miraculis.

¶ Marsilius

**R**ia circa christum

¶ **U**trum omnē intelligentiā superat vel angelicā. Conceptio. Assumptio. Prodigium. ¶ In conceptione quidē impossibile intellectu est: quomodo spiritus sanctus virginem fovens uterū (vel quasi tactu quodā seu gallina vel quasi aspectu seu struthus ovum) sanguinem non quālibet: sed ex toto purissimum undique traxerit in matricē. Qui somēto spiritus statim coaluerit in infante: non paulatim: sed momento perfectum. i. penitus figuratum. Duo quidem momento intellectualis anima se infuderit: eodemque divini verbi persona naturā sibi hanc assumptam in unitate persone. ¶ In assumptione rursus intellectus nullus intelligit: qualis unio divini verbi cum humana natura facta fuerit. Non enim confectū ē unum aliquid tertium ex hoc et illa. Sicut ex forma simul atque materia: quodammodo animā cum corpore coire in unā spem peripatetici putat. An forte sicut ex anima rationali atque nostro corpore per animam irrationalē iam vivente quodammodo fieri unum dicitur a platoniciis. Anima tamē rationali interim separabili: necnō quodammodo separata. Et quasi quomodo Averrois cogitativū in nobis animal intellectui subigit separato. Non penitus ita: sed aliter. ¶ Nunquid sicut intellectus lingue manibusque se coniungit: ita deus homini. Nec ita proorsus sed modo quodam apud deum cognitio. ubi et copula quidē arctissima sit et inter divinitas per humanitatem subiuncta nihilominus permixta. ¶ Duo etiā pacto miracula christus effecerit perfecte nullus intelligit: solum autem hoc intelligimus ex admirandis operibus adesse deum. Hinc Amelius platonicius: divinum inquit verbum: humanā induisse naturā. Atque in hac ipsa nature divine celsitudinem ostendisse. Jam vero quando christus aque superficie liccis pedibus pertransiit: nunquid aque potentiam indidit resistendi ne pedes immergerent. An forte pedibus sustulit interea pedes. An potius animalē virtutē recitavit.

D 2



membrorum multiplicauit in pedibus. An  
denique respiratioe uehementi aerem quod plu  
rimū aurisse dicit. Cuius leuitate corp⁹  
et sustineretur atque peruolaret. His ne si  
milibusque rationibus christianorum miraculoz  
modos et quasi rationes quasdam inuestiga  
bimus. Nequaquam. Sicut enim supra vires  
nature: ita super rationes intelligentie facta  
consentur.

Byonisi⁹.

Reterea quod i

**P**ter omnia theologie mysteria ap  
paret euidentissimū: quod uic⁹ Je  
sus formatus est in natura nostra diuini  
tus ineffabile proorsus est omni sermōi: om  
nis ignotū intelligentie. Ipsi quoque antiquis  
simorum angelorum primo. Jam uero quod ef  
ficientia uirile assumpsit accepimus i my  
sterijs. Ignoramus autem quo pacto ex uir  
gineis sanguinibus lege quadam non natura  
li formatus fuerit. Et quomodo siccis pedi  
dibus corpale pondus materieque grauitas  
re habentibus liquidam instabilem substan  
tia perambulauerit. Aliaque perfecerit quot  
cunque supernaturalē Iesu naturā rationes  
que declarant.

Quot modis diuina cognosci pos  
sint.

Marsilius.

Quibus modis di

**U**ina percipimus. Aut enim actione  
Aut passione. Aut motu quodā  
quali mixto. Actione quidem precipue  
quando non ab alijs eruditissimis: sed rationis pro  
prie discursionibus sub naturali lumine hec  
inuenta persequimur. Passione uero cum  
diuinitus afflati percipimus. Dicto  
denique motu. i. partim patiēdo: partim  
agēdo ubi docēte alio aut uerbis aut lit  
teris erudimur. Tūc enim quatenus aliū de  
mouemur quodammodo patimur. Qua  
tenus autem propriū ipsi iudiciū examēque adhi  
bemus uidemur et agere. Ceterum et  
aliena disciplina et inuētiō propria diuino  
rum ad hoc uelut ad signū dūtaxat diri  
genda est ut deo assidue nos pulsanti pe  
nitentius exponamur. Id autem solo in eū amo  
re perficimus. Hoc enim dūtaxat et ad de  
um dirigimus omnia et deo subiungimus

clam pulsanti. Atque illo inspirante et qua  
si mouēte agenteque subito commouemur:  
atque ita copatimur spiritusque rep lemur.  
Affectio uero eiusmodi passio nō cupat  
Tum quoniam amatoria est. Amor autem  
transfrens in amatum amantē inde pati  
compellit. Tum quia uacantibus tunc pro  
prie rationis intelligentieque actionibus di  
uina luce formamur patimurque formati.  
Ad hanc utique lucem amore solum fer  
uētissimo preparamur. Sicut enim opacas  
sepe materias inuias luci calorem ingens  
purgat extenuat peruias luci prebet sic  
amatorius in deum feruor a corporeis per  
turbationibus nebulis purgans animū que  
si serenū reddit lucique diuine paratū. Tū  
qua et unionē arctiorē intelligentie et fidē  
humanam scientia certiores denique cons  
sequamur. Ad hūc utique statum ut et pla  
to ait neque doctrina puenimus nec pro  
pria quauis inuentioe. Neque uicissim hūc  
expmēre possumus ceteros uel docere. A  
mare uero bonū ipsum non tam psuadendi  
sumus quam docendi. Hoc enim instigāte na  
tura assidue in singulis bonis amandis co  
sequenter amamus. Sed distractū i uari  
a bona colligere debemus amorē atque  
in ipsum dūtaxat intendere quo bona sunt  
omnia et nobis amanda.

Byonius.

Hec autem et nosa

**L**ibi satis tractauimus. Et iclir  
preceptor noster in theologicis elemē  
tis supra nature modū mirabiliter celebra  
uit. Que ipse uel a theologis sanctis ac  
cepit. Uel artificiosa litterarum sacrarū in  
dagatione perspexit frequēti circa illas ex  
ercitatione studioque diuturno. Aut etiā  
diuiniore quadam inspiratioe precepit: non so  
lum discens diuina sed patiens. Atque ex  
quadam ad illa copassione si modo ita loqui  
cet ad indocibile secretaque eorum unionem  
ac fidem denique consummatus: sed ut plu  
rimas beatasque contemplationes excellen  
tis ipsius intelligentie paucissimis afferamus  
hec de iesu in theologicis elementis  
summatim collectis inquit.

Expositio Hierothei de diuini  
tate christi.

Marsilius.



**S**arriani sumi-  
 lescq; heretici legissent hec et si-  
 milia Hierothei Dionisiq; &  
 ba/ & equo animo ppendissent  
 ausi certe nunq; fuissent (vt opinor) diui-  
 nitatem in christo creatā ponere: vel secū-  
 dā. Quāq; & in Paulo aplo & Iohē euā-  
 gelista idē nec negligēter nec ambītio se le-  
 gentib; patere potuerat. **A**d p̄mum sa-  
 ne deū tanq; maxime causam atq; cōsū-  
 mā pertinet nō hec aut illa dūtaxat: sed  
 omnia facere. Omnib; oīa dare. In omi-  
 b; omnia opari. **A**ū igit diuinitas ipa cū  
 christo cōicans in vnione persone/ proz-  
 sus ita se habeat/ certe prima ē christo cō-  
 municata diuinitas. **N**ā vero se habe ex-  
 tra cōtrouersia Hierothei & Dionisi dī-  
 cta declarant. **S**i omnia p̄ter deū ex  
 partib; quibsdā virib; suis cōposita  
 sunt/ certe deus omnia faciēdo vbiq; cō-  
 ficit & cōponit. **C**ōponit aut in singulis  
 cōficiendis multas vniuscuiusq; partes  
 in vnā formā in ipso toto perfectam. **P**er  
 quā auctorē suū qui est ipa vnitas p vi-  
 rib; imitent. **N**ō possunt aut multa con-  
 flari prozsus in vni: nisi p̄portionib; con-  
 nectant harmonicis. **N**ō quidē pythagō-  
 ras & plato senserunt. **A**c hierotheus hic  
 Dionisiūq; consentiūt. **E**t nos in vltio  
 legū/ atq; timeo p̄portiones harmonicas  
 exposuimus/ ad eiusmodi copulā confes-  
 rentes. **N**ōiatur aut hic p̄ter pres sin-  
 gulas tū totum/ tum etiam totalitas (vt  
 ita dixerī) vel vniuersitas. **T**otū quidē  
 vbi distincte loquimur/ est partes ipse si-  
 mul cuncte: nec p̄terea quicq;. **T**otalitas  
 aut est res qdā formaq; nouo ex cūci; rite  
 conspirātib; postremo resultās. **R**ite ve-  
 ro conspirāt/ si & pars alia cū alia p̄sonet  
**E**t cuncte sint penitus cū forma conficiē-  
 da concordēs. **A**lioq; nec simul p̄manēt  
**N**eq; conficit noua forma: vel conseruat  
**D**eus interim neq; partes/ nec vlla p̄-  
 tium est/ nec totū/ nec vniuersitas. **A**lio-  
 quin aliunde p̄deret. **V**erūtamen alia q̄  
 dam ratione est hec omnia. **Q**uoniā quic  
 quid boni bis inest/ habet & ille. **H**abz q̄  
 dem nō eodem modo quo illa/ ideo n̄ p̄-  
 prie videtur habere. **P**ossidet aut eminē-  
 tius atq; prius. **E**minentius inquā. id ē

gradu quodammō altiore. **P**rius quoq;  
 id est ante q̄ illa tempore pariter atq; na-  
 tura. **C**ognōita dei/ que hic affirmā-  
 do negandoq; afferunt i septē capita col-  
 ligi possunt. **T**otū: siue (vt ita dixerī) to-  
 talitatē. **P**erfectōem. **S**peciē. **E**ssentiaq;  
**D**ensurā. **P**lenitudinē. **E**xuberantiā.  
**I**n ipa quidē (vt ita loquar) totalitate p̄-  
 fectio partium tota cōsistit. **P**erfectio ve-  
 ro forma quedam est. **F**orma rursus: vel  
 per formā existit essentia. **E**ssentia prima  
 est mēsurā sequentiū. **D**ensura nō sepius  
 repetita: sed sel plena vel plenitudo. **P**le-  
 nitudo nō adēquata reb;: s; prozsus exu-  
 berans. **D**eus ad imp̄fecta vel iformia  
 comparatus p̄fectio dicit atq; forma: q̄  
 niam forme omnis & p̄fectiōis est auctor  
**C**ompat? vero ad p̄fecta formosaq; nec  
 perfectio quedam est nec forma. **Q**uoniā  
 am nō eadez p̄prietate qua illa: s; lōge di-  
 uersa. ac infinito spacio celliore: ad v̄t su-  
 per formā perfectionēq; dici debeat pos-  
 tiusq; forma: vel perfectio: vel alicubi re-  
 parata: vel a nobis excogitata. **P**roinde  
 quemadmodū tempus est mēsurā fluen-  
 tium: sic eum mēsurā est existētiū. **D**e-  
 sura inquā existentiū adēquata/ quēad-  
 modum tempus fluentib; est equale. **D**e-  
 us igitur: si ad fluentia referat est eum.  
**S**in referatur ad existētia est sup eum  
**I**pum nāq; bonū vnūq; toto ente supe-  
 rius entib; non equatur. **V**arij rez ordi-  
 nes ad p̄ncipia varia velut p̄pria p̄xime  
 reducunt. **E**iusemodi vero p̄ncipia mul-  
 ta quidē & definita ad p̄ncipium vnū  
 redigunt in immensum. **Q**uod quidē est  
 p̄ncipiū super vnūquodq; p̄ncipium  
**D**isponit p̄ncipioz numerū. **S**ibigit  
 suū cuiq; ordinem. **D**etitur rez ordi-  
 nes sub p̄ncipijs. **D**etitur p̄ncipia s; b;  
 seipso: eatenus vnūquodq; sub ipso p̄n-  
 cipium est/ quatenus accipit id munus  
 ab illo. **E**t quo illi p̄pinquius est atq; fili-  
 us/ eo magis & p̄ncipium iudicat. **N**ā  
 turale dicimus quod motum aliquem v̄t  
 mutationem quamlibet habet vel habere  
 potest. **I**ntellectum igitur mobili rati-  
 one superiorem solemus supernaturale  
 aliquid appellare. **E**ssentiale tamē. **V**ni-  
 tatem vero ipsam quam **P**lato in **P**he-  
 dro mentis caput appellat: superessentia



le aliquid nominamus. Utroq; de<sup>o</sup> ipe superior extat. Unde supernaturale et superessentiale vocatur. Sed munus hoc et illud ratione quadam supernaturali/atq; superessentiali possidere censetur. Essentia vero quolibet creata vel rationalis vel angelica unitatem quidem illam habet/que superessentiale quiddam est. Sed id possidens in essentia/merito id essentiali tenet proprietate. Habet et intellectum supernaturale munus: sed naturali quadam conditione. Quoniam id habet in essentia: vel potentia quo quomodo mutabili. Solus itaq; deus munus tantum supernaturale/et superessentiale possidet ratione. Cetera vero nequaquam. Quemadmodum serenus aer/et habet lucem/et hanc quidem habet lucide. Aer vero nubilus non lucide lucem habet. Denique si anima rationalis coniuncta corpori corpore aucto/diminuto/verso/secto/ non augetur ipsa. similiter non minuitur. non vritur/non secatur: multo minus divinitas in christo utcumq; libuit humanitati coniuncta/similiter humanitate patiente non patitur. Preterea sicut anima corpori copulata munera quedam tribuit corpori non corporea/ita multoq; magis deus homini se coniungens dona largitur homini non humana.

Admirabilia Hierothei dicta de divinitate. et operibus eius. et excellentia christi.

Byonisius. Verbis Hierothei loquitur.

**I**esu divinitas que omnium causa est: et implet omnia ac partes consonas universitati. Preservat/ neq; pars neq; totum est: rursusq; et pars est et totum. Atque que parte omnem et omne totum in seipsa comprehendit/ et eminenter habeat/ atq; prehabeat perfecta quidem est in rebus imperfectis: utpote perfectioris princeps. In rebus perfectis imperfecta. Quippe cum perfectione excellentia origineq; precedat. Preterea in rebus carentibus specie/ species est specifica tanquam principium speciei. In speciebus autem specie carens ut speciem superans. Ten

tia quinetiam totis procul a contagione essentis insidens. Atq; super essentiam extans/ ab omni essentia penitus absoluta. Universa principia ordineq; determinans: et super omne principium ordineq; locata. Desursum est/ et eum. atq; si eum tanquam eum. Plea quidem in rebus egenis. In plenitudine autem exuberans. Ineffabilis. Non pronunciabilis. Super intellectum. supervitalem. super essentiam. Supernaturale munus. Supernaturaliter habet. Superessentiale superessentiali etiam ratione. Quamobrem quando usque ad naturam ob summam benignitatem venit vereque substantiam nostre carnis accepit: summusque ille deus vir est appellatus/ propria vero sint que in presentia intellectum sermonemq; superantia laudant a nobis/ tunc quod in his supernaturale et superessentiale munus emicuit. Non solum quia immutabiliter/ et incommutabile se nobis communicavit. Nihil in exuberante sua plenitudine ab ineffabili exinanitione precessus. Sed etiam quia quod novitatum omnium est maxime novum in naturalibus nostris supernaturalis erat. In his que nostre sunt essentie/ super essentiam. Divina nostra ex nobis/ et super nos possidens excellenter. Sed de his satis. Ad ipsum sermonis nostri signum iam pergamus: contra coniunctaq; divine discretionis nomina pro viribus tractaturi.

Quaratione deus producendo multa permaneat unus atq; extet ente superior entia procreando. Sitq; unum ipsum uno quolibet excellentius.

**S**equentis disputationis institutum est divina nomina recedere. Que quidem significant beneficas quasdam ex ipso deo processiones. In quibus sane processiones videtur unitas ipsa divina multiplicari: que admodum lux intima solis in radios quod plurimos inde micantes. Aut vultus unum in quam plurimas illinc imagines quomodo libet resultantes. Atq; ita ferme deus sicut lux et vultus/ in varia honorum diffusionem permanet unus. Distribuit autem munera/ deus unitate pariter atq; uni

mensura  
plenitudo

§ 6.

101

22. 11. 10

4. 11. 10

22. 11. 10



ce. **Unite** quidem. Quia vniuersa omni-  
um distributio eodem actu penitus sin-  
gulari ad filium pertinet vt ad pr̄z. Per-  
tinet ⁊ ad spiritum vt ad illos. **Unice** ve-  
ro quoniam ⁊ nulla deo varietas in con-  
tingit: ⁊ procedentia licet varia/vnuꝝ ta-  
men sunt: quatenus ab eodem ad ideꝝq;  
pendentia/conueniunt et in vno. **Dicit**  
autem deus ens (vt ita dixerim) superen-  
dijs/singula contuentem/⁊ intima intel  
ligentie luce omnia prozsus intelligentē.  
Hinc homerus arenarum quoq; nume  
rum marisq; mensuras Apollinē non i  
gnorare fateatur: Orpheusq; similiter. The

ologi vero pythagorici atq; platonici so  
li totiꝫ mundo sublimiorem deum veri  
ore sententia perfecerunt. Si animus a  
mundo separatus esset/inuisibilia dei p  
proprios ipsoꝝ radios primum intue  
retur. deinde per illa etiam mundana cō  
spiceret. Cum vero sit creatura mundi:  
natus videlicet in mūdo/⁊ ex mūdo in  
strumenta incorporea (nimirum que su  
pra mundum sunt) excogitat per munda  
na. Per solem quidem deum: per stellas  
vero fixas angelos: perraticas autē ani  
mas: maxime vero per lunam.

**B**onitas ad se cō  
uertit omnia. primaq; ipa boni  
tas dispersa omnia cōgregat tā  
q; vnitatis principium ⁊ vnifica deitas.  
Atq; hanc omnia tanq; principium/tan  
q; continentiam/tāq; finem appetit. Bon  
umq; ipsum est. vt sacra tradunt eloq;  
ex quo subsistunt omnia. productaq; sūt  
inde velut a causa omnium perfectissi  
ma: et in quo omnia constant tanq; i om  
nipotente fundamento penitus consu  
ta. Ad quod omnia conuertuntur tanq;  
ad suum queq; finem. Quod videlicet cū  
cta desiderant. Intellectualia quidez rō  
naliaq; cognitrice quadam conditione.  
sensualia vero sensuali. Que autem sensu  
carent ingenito vitalis desiderij motu. ⁊  
que sūt expertia vite/solacq; sūt essentia p  
dita/sola quadā ad essentialē picipatiā  
aptitudine. eadē ⁊ euidentis imaginis rō  
ne/lumē q; cōgregat ⁊ cōuertit ad seipm  
omnia. que vident. que mouent. q; illumi  
nant que calefiunt. q;ve omnino ab eius  
radijs pinent. Quapropter sol grece he  
lios appellatur. q; congregabilia reddat  
omnia: cōciliatq; dispia. Via solē sensibi  
lia concupiscūt/vicz videre/aut moueri  
et illuminari atq; calefieri: ⁊ omnino ab  
ipso lumine contineri desiderātia. ¶ He  
c vero hoc in presentia dico antiquorū  
sequens opinionem/putantium/solē esse  
deum ⁊ opificem vniuersi. ⁊ idcirco patē  
tem hunc oculis mundum ratione ppiā  
gubernare. verum hec ideo dixi/ quoniā  
inuisibilia dei a creatura mundi per ea q;  
E 4



facta sunt intellecta conspiciunt: sempiterna qz virtus eius atqz dinitas.

**De** quinqz luminibus. itez quomodo diuinum lumen agit in angelos atqz animas.

**Barfilius**

**Platonici quinqz**

**P** lumina ponunt. Primum supintelligibile. Secundum intelligibile. Tertium cogitabile. Quartum imaginabile. Quintum visibile. **V**isibile hoc (cuius fons primus est sol) dependere putat ab imaginabili. Quid anime mundane imaginatio etiam excellenter isto apud seipam imaginat. Imaginabile quoque a lumine cogitabili: quod rursus instantius eiusdem anime ratio excellenter excogitat. Cogitabile si ab intelligibili similiter emicare: quod et ipsum participatione existit in mundane huius anime intellectu: et per formam viget in intellectu supremo dano. i. angelico. Lumen autem ipsius boni primum non appellat intelligibile. quoniam nulla habet cum intellectu proportionem: sed plusque intelligibile nominat. Et ab aplo Jacobo nuncupat per lumen. i. s. quattuor reliquorum. Hoc ipsum lumen sic in fonte suo superat intellectum: quemadmodum lumen in ipso sole excedit noctue visum. **T**emperat vero seipsum benignitate sua. gradusque plenior descendit in angelicos intellectus. In nostros vero parci: excellens videlicet lumen minime tolerantes. **O**fficium vero luminis est tenebras caliginisque discutere. Itē leuitatem dare ac motum sursumque attollere. Hec igitur omnia facit diuinum lumen in anima intellectuali quidem omni: etiam in tenebrosa per ignorantiam: ac tenebrarum pondere pregrauata per mundanos affectus precipitates ad infima. Prima quidem portio luminis exhibet intellectuali nature etiam non querenti. Hinc vestigio sequitur amor quidam/nimirum ex lumine calor. amor vero ubi euadit ardentior: quia et purgat et transfert/uberius iure repositat luminis plenitudinem. Tot vero plenitudinis gradus anime conferunt quot amor gradibus incalescit. Feruet autem tunc accessus afflante deo/ tum nostro arbitrio concitus.

**Byonilius** .s. in.

**Ad hec quidem**

**A**d theologia symbolica. i. significatiua pertinent. In presentia vero intelligibile ipsius boni appellatores a lumine ductam celebrare debemus. Bonus quidem ipse lumen intelligibile nuncupat. quoniam am intellectum omnem supercelestem lumine implet intelligibili. Atque ex omnibus animabus/quibus seipsum infuderit/ignorantiam omnem erroremque expellit: easque sacri luminis participes efficit: intellectuales harum oculos purgat: obductamque ex ignorantia caliginem discutit. Atque profundo tenebrarum pondere obtusos suscitatur explicatque in lucem. Primum quidem his mediocre lumen impartit. Deinde postquam anime gustantes lumen ardentius ipsum amare ceperunt/uberius affluit: ideoque illuminat abundantius. Quia plurimum dilexerunt. atque ita semper incedit ut gradatim ultra proficiant: quatenus sursum pro viribus se attollere valent.

**D**eus est lumen super lumen. il luminat mentes omnes tum natura. tum gratia. atque in vnum illuminando conciliat. **Barfilius.**

**Primum principium**

**N**on est formaliter lumen aliquod ab intellectu quibus excogitatum. vel portionem ullam habes ad intellectum. Dicitur tamen intelligibile lumen. i. luminis intelligibilis auctor. atque deinceps luminis cogitabilis/et imaginabilis/visibilisque largitor. **Q**uemadmodum sol stellas fixas illustrat/et planetas/et elementa/ita ferme deus angelos supremos dano. i. assistentes deo et durat cōtemplationi vacantes. Itē circumdano. i. angelos in gubernatione mundi ministrantes deo. Rursus itramundanos. i. intellectus humanos. **N**ec solum naturale lumen ab initio seculi unicuique tribuit: sed etiam supernaturale multis nouumque largitur. Et quemadmodum sol distributa lumina penes seipsum prebendit in vno: uberiusque possidet atque pus: ita multoque magis deus intelligibiles et intellectuales rationalesque virtutes atque fulgores in vno penes se vigore prebendit. qui sane et infinitis gradibus sequentes su-



perat: et naturali ordine/vel tpali etiā an-  
recedit. ¶ Quoniam vero diuinū lumē et  
simplicissimū est et ipa vnitas: ideo quos-  
cunq; intellectus ad se conuertit/ i vnā  
quasi formā et voluntatē et actionē mirifi-  
ce cōgregat/ vt nō mirum sit: dum multe  
mentes eidem simul deo sunt dedite que-  
rendo vicz/contēplando/amando/fruē-  
do/ab alia vicissim in aliam cogitatus et  
affectus et motus aliquos redū dare. mit-  
to nūc et circa idem vna dūtaxat ē vera  
sentētia: esse vero false cōplurime possunt  
Vnde cōfirmat: veritatis quidē lumen/  
mētēs inuicē cōgregare. cōtra vero falsi-  
tatis tenebras disgregare. Animus deni-  
q; vnifico dei lumine plenus: vnica vir-  
tute consequit omnia q̄ ceteri multis sen-  
sib; et imaginatione rōneq; et intelligētia  
prosequuntur.

5. 2.

¶ Dionisi?

**I**psū ergo bo-

num lumine quouis excelsius lu-  
men intelligibile nuncupat tan-  
q̄ fontana lux et exuberans pfusio lumi-  
nis: intellectū oēm supermūdanū/circa  
mundanū/ intramūdanū/sua illuminās  
plenitudine. Totasq; intellectuales horū  
vires renouās. Et oēs deniq; intellect? cō-  
prehendēs eo ipso q̄ se sup eos expandit.  
Atq; oēs excedēs eo q̄ desup existat. Et  
oīno tanq̄ pncipium luminis sup lumen  
auctoritatē dñationemq; omnē potestas  
tis illuminātis in se cōplectēs et excedēs  
atq; antecedens. Jam vero intellectualia  
rōnaliaq; omia congregat atq; conciliat  
Nā quēadmodum ignorātia eos qui de-  
cepti sunt/ diuidit/ sic ipa intelligibil? pre-  
sentia luminis eos qui illuminant cōgre-  
gat/ vnificat. Conuertit quoq; ad ipsū  
quod vere est ex opinionū diuersitate. va-  
riasq; vīsōes/ siue vt rectius loquamur  
imaginationes/ in vnā verā purā vnifor-  
mē cognitionē cogit. ac vno tandē et vnifi-  
fico lumine complet.

¶ Ipsū bonū omnia reddit suo  
lumine pulchra. ¶ Adarsili.

**S**ed tribus potis-  
simū gradib; p oīa diffundit in

time lucis imaginē. Prō qdē per celestia  
Secūdo vero p corpa penit? sub celo dia-  
phana. Tercio p supficiē corpoz solidoz  
Sic ipm bonū lucis pprie gratiā (q̄ pul-  
chritudo dicit) p angelos/ per aīas/ per  
corpa porrigit. ¶ Pulchritudinē cōmu-  
niter circa corpa in duobus versari puta-  
mus. In portione videlicet quadā mē-  
broz atq; lineaz colorib; perlucidis.  
In animis q̄ pulchritudo tributa diuī-  
tus in portioē viriū motūq; animi. itē  
in cogitationis et intelligētie claritate cō-  
sistit. In angelis etiā pulchritudo desup  
emicās in portione itelligētie volūtati-  
q; et actiois/ rursūq; in veritatē lumine  
collocat. ¶ Sūma tandē ipius dei sim-  
plicitas efficit vt ppria pulchritudo dei p  
portionē nō habeat a luce distinctā. Si-  
cut neq; sol calozē a lumine differentem.  
Efficit insup vt pulchritudo et pulchritud-  
que duo quedā sūt in rebus vnū deniq; sūt  
in ipso: sicut nec in ipa luce simpliciter cō-  
siderata aliud quidē lux est: aliud vero lu-  
cere. ¶ Nec multa quidem hic de pulcri-  
tudine vel de amore dicam: plima em in  
libro de amore tractamus/ conuiuiū pla-  
tonis interpretantes. Quē sane libruz pla-  
cuisset Dionisio ppter ea coniectamus q̄  
platonica verba in hoc precipue capite li-  
benter imitatur et comprobatur.

¶ Dionisius.

**De ipsum bo-**

**H**

nū a scriis theologis vt pulcrū  
et pulchritudo: itē vt dilectio  
diligēdū laudat. et q̄cūq; alie appellatōes  
dine pulchritudinē illā decēt grōssimā  
et oīs pulchritudis auctorē. Pulchrū ve-  
ro et pulchritudo i cā illa/ q̄ i vno oīa col-  
ligit/ distinguēda nō sūt. Nec em in rebus q̄  
dē post deū oīb; etiā itelligibilib; i pnci-  
patōes pncipatūq; diuidim?. Pulchr-  
q; noiā? qd ē princeps pulchritudis. pul-  
chritudinem vero participationem quā-  
dam cause prime pulchra omnia facien-  
tis. ¶ Ipsū vero superessentiale pulch-  
rum/ pulchritudo quidē dicit/ ppter illaz  
quam rebus omnib; pro suo cuiusq; mō-  
pulchritudinem tradit. Atq; vt oīm con-  
cinnitatis nīozisq; causā: luminis vicz

de pulcro  
5. 1.

Quare dicitur nominat?  
pulchritudo



instar cunctis coruscās fontani radij sui  
derivationes omnia passim pulchra red  
dentes: et tanq̃ ad se omnia vocās. Un  
de et a vocando pulchritudo grece calos  
cognominatur. ac deniq̃ tota in totis in  
vñ colligēs. ¶ Appellat̃ et pulchrū. tan  
q̃ vnīuersam cōphendens pulchritudī  
nē atq̃ superpulchrū. semp̃ et fm eadez  
et eodē modo pulchrū. Nec vnq̃ ortum  
neq̃ caducū nec adauctū/neq̃ diminuti  
oni subiectū: nec parti quidē hac pulchz  
illa vero turpe. Nec alias quidē pulchz  
alias vero nequaq̃. Nec ad h̃ pulchrū:  
ad illud turpe. Nec hic quidē ita. Ibi ve  
ro aliter. Nec his sane formosum. Illis  
aut̃ deforme. Sed tanq̃ ipm fm seipsuz  
secū ipō vniforme semp̃ existēs pulchrū.  
Atq̃ vt vnīuersi pulchri fontanam pul  
chritudinē in seipō eminēter anticipans.  
In ipā em̃ simplici et excelsa pulchrozum  
vnīuersoz natura/omnis pulchritudo et  
omne pulchrū vniformiter fm causam p̃  
existit.

¶ Pulchritudo prima est omniuz  
principium et exemplar et finis.  
Etq̃ est ipsum bonum.

¶ **M**arsilius  
**O**mnia pulchra

ad primā pulchritudinē refe  
runt. cuius p̃cipatiōe magis  
minus ve pulchra sūt. ¶ Est aut̃ pulchri  
tudo prima oim causa efficiēs et alq̃  
exēplar. Efficiēs inquā modo perfectō.  
Nam nō solum dat esse: sed et motū atq̃  
cōseruat. Nemo dubitat rem quālibet ef  
se per formā. Formositatē vero cuiusq̃ q̃  
et sua cuiq̃ pulchritudo est: esse integri  
tatē forme nemo negabit. Ab eadē vtiq̃  
causa et formositas est atq̃ forma. Formo  
sitas aut̃ tanq̃ pulchritudo quedā a pul  
chritudine prima dependet. Que quidē  
cum tribuat vniciq̃ formā per quas est  
vnūquodq̃/nimirū tanq̃ efficiēs cau  
sa omnibz esse largit̃. Preterea dū formā  
exhibet que est principiū motionis: adhi  
bet interea motū: motū inquā certū for  
me proprie comitem. Alinc igitur habēt  
singula vt ad salutem suam moueantur:  
et in perfectore quiescāt. Hinc efficitur

vt pulchritudo p̃ia faciat et moueat om  
nia pariter atq̃ conseruet. ¶ Quoniā ve  
ro singula quaten⁹ pulchra sunt/amabi  
lia sunt: merito pulchritudo p̃ma maxie  
omniū est amabilis/tum sibiipi/tum ces  
teris. Sed quia sibiipi amanda est: ideo  
amore sui seipam p̃pagat tanq̃ in suas i  
mages/in omnia pulchra. quia rursum  
omnibz est amanda/interim cōciliat om  
nia. Que dum in singulis pulchris amā  
dis/pulchritudinē p̃mā amāt/et alia ali  
is amica fiunt/et conueniunt in eodem.  
Qua p̃pter per ipam pulchritudinē socie  
tates omnes cōmunionēq̃ nascunt̃. Itē  
intima vniciq̃ rei in suis partibz p̃gruē  
tia. Nec enim tanq̃ p̃portio quedā a pul  
chritudine prima p̃portionis omnis ori  
gine pficiscit̃. ¶ Hinc rursus efficitur vt  
pulchritudo prima sit finis omniū. quā  
tenus omnia/et ad hanc amandā conflu  
unt: et omnē conatum motūq̃ suum huc  
dirigūt/ vt integritatē forme formositas  
tēq̃/tum suā querant/conseruentq̃/pro  
viribz in aliudq̃ deriuent: tum alienā cō  
parent/atq̃ fruant̃. ¶ Deniq̃ pulchritu  
do prima est causa omniū exemplar̃. Si  
gula enim sunt per formā. Dispositio ve  
ro vniciq̃ forme per dispositōez rō  
nemq̃ formale prime forme pagit̃. ¶ Cū  
vero votes ei⁹modi quas prime pulch  
ritudini p̃rias attribuimus ipi tñ bono  
sint/p̃rie/concluditur primum pulchrū  
primumq̃ bonum esse idem. Plotinus qñ  
etiam postq̃ pulchrū distingit a bono:  
tanq̃ emanantem foras splendorem ab i  
tima luce tandem ipm bonum rōne quas  
dam super pulchra pulchritudinez appel  
lauit. ¶ Materia prima que nō ens pro  
pter informitatem cognominatur formā  
formositatemq̃/immo et omnes formas  
naturaliter appetit: atq̃ ita appetit esse/et  
pulchre pariter/atq̃ bene esse. Ipsumq̃  
bonum pulchrūq̃ primum/in hoc sal  
tem emulari videtur: q̃ quemadmodum  
illud ita et hec nullam habet formā. Itē  
quatenus illud omnes largitur formas:  
eatenus hec easdem et auide adiscit/et li  
benter amplectitur.

¶ **Byoniusus.**



5. 4.

**E**X hoc info pul

chro omnibz q̄ sunt inest vt pro modo suo sint pulchra. atqz ppter ipm pulchrū/ oim p̄gruentie amici/ cieqz et cōmunionēs vnionesqz pueniūt. Adqz oim est p̄ncipiū/ vt causa efficiens et mouēs et continēs vniuersa: pulchritudinis vtz sup̄ius amore. Est et finis omniū. cūctisqz amabile tanq̄ finis. omnia em pulchri gr̄a fiunt. Exēplaris quoqz causa est. oia em per pulchrū definiuntur. Quāobrē idem est pulchrum ipm atqz bonū. Quoniā oia pulchrū parit atqz bonum fm omnē causam appetūt. nec quicq̄ est in rez ordine: quod nō sit pulchri boniqz particeps. Undebimus q̄ qz dicere: ipm etiā nō ens pulchri bōiqz cōpos existerē. Tūc em et ipm est pulchz atqz bonū quādo in deo per omniūz ablationē supra modū essentie celebrat.

Idem est primū bonum atqz pulchri. Item a pulchritudine p̄ia sunt rez essentie. vniones. discretiones. cōmunionēs. ordines. proportōes. status. moi. Marsili.

**N**emo argumen

tari debet: p̄mū p̄ncipiū (quia q̄ plurima facit) esse p̄terea mltiplex vel in natura vel actione. Sed potius cōtra. quia videlicet est infinite simplex/ ideo esse p̄mū: et idcirco illinc omnia pficisci/ et qm ppter mirā simplicitatē est ipa vnitas/ virtutē infinitā habere cūcta creantē. Siquidē in singulis vnaqz virtus quatenus vnita est magis/ eo potētiore: efficitqz plura. Ip̄m ergo p̄ncipiū apud Dyoniū/ sicut sūme vnū est sic vnite/ vnice/ vnica virtute et actōe dicitur omnia p̄creare. Proinde si singula consideres nature opa celum/ elem̄ta/ plantas/ animalia/ videbis nature intētionē duo hec pariter vbiqz curare: cōmoditatē videlicet et ornatum. Quod vltimis quibusqz est maxime manifestum. In herbaz folijs: in alis papilionū. cōmoditas quidē et vtilitas ad bonū pertinet. Ornatus vero mod⁹/ species/ ordo/ dispositio/ p̄portio/ cōcinnitas/ cōsonan-

tia/ gratia/ claritas/ spectat ad pulchrū. ex his ergo colligit̄ sūmo nase p̄ncipio primā pulchritudinē cum p̄ma bonitate cōcurrere. Et si plotinus bonū antepōit pulchro. Tum rōnibz alijs: tū etiā qz bonū vsqz ad materie prime centrū videt attingere. Materia siquidē necessaria ē et vtilis et cōmoda mūdo. Pulchrū vero nō ad deformem materie sinum inspicit penetrare/ sed circa superficiē eius in forma versari/ dicitur tamen primum p̄ncipium tam a Plotino q̄ a Dyoniō/ ip̄sum pulchrum et pulchritudo prima: nō qz sit formal' aliqua pulchritudo: s̄ q̄nis am prima sit causa pulchritudinis. Contemplatur p̄terea Dyoniū noster in sole occultam solis naturam atqz lucem. Ubi natura quidē est lux ip̄a: se intus colligens in seip̄am. Lux autem natura rursus existit seip̄am explicans. In apertum similiter cōtemplatur in deo efficacem nature fecunditatem et clarissime rursus intelligentie ordinem. Illam quidē proprie nominat bonitatem. Hanc vero nuncupat pulchritudinem. Re quidē ipsa penitus vnū. Sed hanc ab illa quādam ratōne distinctam. Quemadmodū igitur quęcunqz fiunt a natura solis occulta: eadem proficiscuntur a luce atqz viciissim/ ita quęcunqz a bonitate nascuntur eadem a pulchritudine disponunt. Sicut in artificio cuncta simul et virtus iartifice mouens efficit: et ratio interim artificiosa dum fiunt ordine suo quęqz disponit. Quęcunqz in ordine rerū ad gratiam/ claritatem/ p̄portionem/ concinnitatem/ consonantiam/ ordinem attinent tanq̄ p̄ia pulchritudinis a pulchritudine prima perficiuntur. Nec igit̄ omnia Dyoniū in p̄sentia numerat. Assentiales quidē subsistentie rez in claritate forme et eiusdē integritate p̄sistunt. Vniōes quoqz discretionē rerū: siue in suis vniūscuiusqz partibz insunt: siue inter re hanc et aliā considerent ad p̄portionē q̄ndā spectare vident. Similr quę p̄vniōez discretionē contingunt. scilz identitates diuersitatesqz in natura. Item similitudines dissimilitudinesqz in q̄litate ad p̄portionē aliquam mutuāqz habitudinē referri putent. In p̄ma pulchritudine



vnitas cum multitudine ita semp est con-  
cors vt alterutrum nō impediāt. In vni-  
tate essentie trinitas ineffabilis. in trini-  
tate similiter vnitas. In conceptu diui-  
no vnica lux intelligēcie simplicissime cū  
idealium radiorū mira multiplicitate cō-  
spirat. Hinc efficit vt in re qualibz et vni-  
tas sit essentie et partium seu viriū multi-  
tudo. nec alterū impediāt alterum. Itē  
vt in vniuerso multe rerum species acti-  
onesq; in vna totius mundi forma ordi-  
neq; cōueniant. Per quā quidem cōueni-  
entiā et supiora ad inferiora et hec ad illa  
et equalia inuicē quodāmodo se conuer-  
tunt mirabiliterq; cōmunicāt. Vnūq; q;  
tamē suā interim seruat p̄rietatē. Per  
eandē quoq; cōuenientiā celestia sūt etiā  
in terrenis mō quodā p̄pe terreno. ac ter-  
rena sunt in celis: sed ibi rōne celesti. Hic  
vtriq; totus sibi met mūd<sup>9</sup> ceu viuēs vni<sup>9</sup>  
est conuexus. totusq; vbiq; respondet to-  
ti. Et si quis terrenū mercuriū explora-  
uerit et oportune susceperit sit quodam-  
modo celestē ad se mercuriū attracturus.  
Sed de his in libro de vita latius dispu-  
tauimus. ¶ Proinde proportio queuis  
armonica vel exterior vel interior a p̄ma  
pulchritudine omnibus est tributa. Per  
proportionē eiusmodi partium/viriū/acti-  
onū/tum substantie stabiles p̄manent in-  
solubiles: tum res fluxe p̄petua quadā p̄-  
pagine/spēm retinent sempitēnā. ¶ De-  
niq; series ideaz diuina mente concepta  
est proculdubio pulchritudo p̄ma. Ab  
hac igit et in ipa vniūquodq; ē in certa spe-  
cie rōneq; propria constitutū. Videlz vt  
ignis necessario sit lucidus/calidus/sic-  
cus/leuis. Per certā vero naturā/incli-  
natio/motio/actio/similiter est sua cuiq;  
destinata. Illinc igit et status et motus est  
omnib; assignatus. Pe vero de<sup>9</sup> (vt pla-  
to disputat in parmenide) neq; mouetur  
neq; motus est vllus. alioquin impfectus  
fore compelleretur. Neq; stat: esset enim ex  
statu quodā ac stante compositus. Neq;  
status est vllus. quo scilicet formalit̄  
quid stare dicat. P̄mū nāq; p̄ncipiū est  
in nullo. neq; est ipa dūtaxat idea status.  
Esset em et certa specie definit<sup>9</sup> et ad cer-  
tum designatus effectū. ¶ Sed ne pige-  
at mysteriū hoc dyonisiaciū memorie cō-

mendare. Quēadmodū in p̄ncipio n̄tes-  
roz summa vnitas concurret cū infinita  
numeraliū viriū multitudine/sic in p̄n-  
cipio rerum penes ipsam naturē vnitatē  
inextimabilem/innumerabilis existit ra-  
tionum idealium multitudo. Nec eius-  
modi multitudo summam impedit vni-  
tatem: sed necessario comitatur. Quāob-  
rem dīna vnitas atq; discretio vsq; ad o-  
pariter vbiq; regnat: vt nulla vel tam in-  
ter se diuersa esse possint/quin in aliq; cō-  
muni simul conueniāt/vel tam exacte cō-  
flata ex pluribus/quin plura hec suā ad-  
huc aliquā seruēt p̄rietatem.

¶ Dionysius.

**D**e ipsum bonum vniū atq; pulchrū/vnice  
causa est multoz omniū pul-  
chroz atq; bonoz. Ex hoc omnes rez  
essenciales subsistentie. vniones. discreti-  
ones. identitates. alteritates. similitudi-  
nes. dissimilitudines. P̄terea discreto-  
rum cōmunionēs. Vnitoz inconfuse p̄-  
prietates. Superioz p̄ouidentie. Rez  
eiusdem ordinis consortia mutua. Con-  
uersiones inferiorum. Omniū interea sui  
met conseruatrices immutabilesq; man-  
siones atq; firmitates. Rursus omnium  
in omnib; pro sua cuiusq; p̄rietate cōm-  
munionēs. Et congruentie inconfuseq;  
amicicie consonantieq; vniuersi. Atz om-  
nes in vniuerso/tum eozum que reuera se  
contēperantie/indissolubilesq; conuer-  
tunt eoz que fiunt p̄petue successiones  
Deniq; status omnes motusq; mentium  
animarum corporum. Status ei est om-  
nibus atq; motus. quod omni statu mo-  
tusq; superius extans rem quālibet in rō-  
ne p̄pria firmat. et ad p̄p̄iam dirigit moti-  
onem.

¶ De motu angeli et anime tripli-  
ci. id ē. circulari. recto. et obliquo.

¶ Marsilius

**P**ter uirtutem  
naturalem atq; p̄gnitricē hoc  
interest potissimūq; naturalis  
virtutis actio fertur foras/ac desinit in  
subiectum. Cognitricis vero p̄tutis actio



permanet penes ipsam. Quapropter hec quidē circularē nō nihil habet. Quod enim in orbem mouet/versat circa seipm:redit q̄s semp vnde discessit. Illa vero rectā videtur lineam imitari/ab altero vicz puncto in alterū desinentē. ¶ Corpori quidē sola cōpetit eiusmodi actio/motioq̄s cōsimilis. Intellectui vero puenit actio circularis. Cū enī cognitio quelibet in se videlicet quodāmodo pmanens circularē nō nūbīl habeat/et imaginatio quidē magis q̄s sensus:ratio quoq̄s magis q̄s imaginatio:intellectus deniq̄s tanq̄s cognitio summa circularis est sūmopere. ¶ Hic fit vtaia inter intellectū corpusq̄s media mediā habeat actionē motūq̄s similē/tuz orbis/tum recti participem. Una siquidem intellectus ipius actio est intellectio ex se exordiens/et orbiculariter remeans in seipam. Quatenus vero se suaq̄s intelligit/eatenus intelligit/efficit/mouet/regit alia. Hic igit recta quedam linea tendens in alia orbem intinū comitat/vicz inde pfecta.hec igit actio circa alia intinū nō distrabit actionē. Anima vero et aniaduersione sui facit circulum et vegetatione corporis negocioq̄s circa corpus rectā lineā imitat. Sed quoniā hec non dependet ab illa nimirū ania sic agendo distracta videt/et apud eam operatio altera vicissim impedit alteram. ¶ Veruz si ad mentē quidem circuitus attinet/ad animā vero motio quedā mixta:ad corpus deniq̄s recta/vnde naz celestis reuolutio prouenit. Nō a corporea quidē celi natura.sed a motore celi mente vel ania/vel ytraq̄s ad circuitū interea cōferente figura. Esse vero mundanū motū a mente simul et ania platonicus quisq̄s cōijci et ex motibz mūdi mixtis/orbicularibus vicz atq̄s rectis. Hactenus platonice tū locuti sumus. Ad Dionisiū renertamur platonica semp in melius reformatem. ¶ Cū mens angelica per diuinū lumen intelligēs:ipm q̄s lumen intelligat/idq̄s vniformi ppetuoq̄s actu semp efficiat/merito sic remeans vnde cepit/circulū quēdam videt efficere. Por vero itelligēs inferiora/et intelligēdo dispēsans p rectā lineā ita procedere indicat. Nec em illuc spectat vnde cepit. Nec que gubernā-

tur inde similr dispensant. ¶ Inter loquendum Dionisius nostri platonis amatoz libenter verbis platonicijs vsit. Vbi inquit recta quadā via omnia peragit. Quod quidē platonis est in quarto legū dicens deum dū vniuersa lustrat in orbem/omnia interim via recta pagere. Vbi sane dicit.deus sū naturam circuitū agēs via recta peragit.in naturalis et pma dei actio versat circa seipm intelligēdum atq̄s amandū/ex hoc aut circulo linea recta suboritur.dum vicz se intelligēs intelligit/et efficit omnia. Animus vero noster cōtra/exordiens a linea recta qua versatur circa alia desinit in circuitū quo seipm animaduertit. ¶ Proind motus obliquus partem quidem habet recti/partem vero circuli. Angelus igit dum quasi recta quēdam pcessionē gubernās inferiora/ab ipsa diuinorū intelligētia nō discedit/atq̄s ita summū illū conseruat circuitū:nimirū obliquū motum imitari videt. Catenus aut in eodem suo habitu pueniat/quatenus in deo pmanet velut centro. Ipa nāq̄s vnitās/status omnis pncipiū est et ratio. Stare em censet/quod sui habitus retinet vnitatē. Est fundamentū mori. Nō em motus est nisi cōtinuus. Necq̄ contrariū actus nisi per vnitatē vis ipa mouēdi permaneat.est et origo idētatis/equalitatis similitudis. Siquidē per ipaz vnitatem/et que sunt eadem vnū sunt in substantia:et que sunt equalia sunt vnū in q̄ntitate:et que similia/vnū in q̄litate. Quē admodū vero a circulari celestiu motu/tum recti elemētoz atq̄s mixtoz/tum obliqui viuētū motus pficiunt atq̄s regunt:ita et rectus obliquusq̄s motus.id ē actus angeli ab intimo eius circa deum circuitu vim omnē ordinēq̄s sortit. Platonius Timeus:in celo circuitus precipue duos suspicit. Erraticū.s. planetaz.atq̄s nō errantē:videlicet firmamētū. Circuitus ferme similes in anima cōtemplatur. Erraticum quidem in ratione circa se et causam cognoscendam varijs discussionibz aberrante. Non errantem vero in intellectu seipm causamq̄s suam per simplicem firmūq̄s intuitum contuente. Preterea quemadmodum sub luna motus recti sunt gemini.alter quidem ascendens



## Divina

tium. aliter vero descendendum/sic in anima motus quasi rectus est duplex. **A**lter sentiendo corpora et imaginando imagines corporum ad externa descendit. **A**lter ascendit. Aut ex multis sub specie singularibus speciem unam rationemque communem concipiens atque colligens: aut etiam ex natura corporea interdum excogitans incorpoream. **I**n hoc autem officio refugiens multitudinem confugere videtur ad unitatem. **I**nter hec vero memeto quo superior virtus est/eo et minus multitudine indigere/et magis in unitate multa complecti. **N**empe visus unico intuitu figuram percipit circularem. quam actu multiplici digitorum tactus exhibet iudicandam. **I**maginatio una conficit quoscunque multi sensus efficiunt. **R**atio singula imaginationis spectacula summam sub una specie contuetur. **I**ntellectus uno sepius actu stabili conspiciat. quod ratio multis indagavit ambagibus. **A**ppellatur tamen ratio etiam intellectus a **D**ionysio: sed inferior: et in utroque intellectu circulum platonico more designat. **C**ircuitusque intellectus inferioris erraticum resolvit in orbem intellectus superioris non errantem. id est. minime vagabundum. erroresque rationis emendantem atque firmantem. **Q**uemadmodum vero ex tactu lapilli in aqua circuli plures et vestigio subsequuntur. sic ex ingressu anime in seipsum circuli deiceps multi nascuntur. primo quidem seipsam animadvertit et ex propriis actionibus vires suas agnoscit atque naturam. atque ita non nunquam ex rationali maxime intellectuali evadit: unaqueque iam efficitur ex multiplici. **S**ecundo vero circuitu per intelligentiam suam animo participantem tributam angelicam excogitat intelligentiam/non in anima quidem vlla sed in seipsa constantem: propriamque anime unitate longe simpliciozem: tertio tandem circulo per intelligentiam angelicam contemplatur deum omnis intelligentie lumen. **T**res autem actus eius modi ideo circuitus appellantur. quoniam in suam originem se reflectunt. **H**ominatur autem motus obliquus in anima: quando luminibus infusis a deo ipsemet deum excogitare contendens/a divina te procul aberrat. **T**unc enim quia conuer-

tere seipsam nititur illuc unde movetur/refert quodammodo circulum. **Q**uoniam vero non peruenit non nihil adhuc recti retinens/obliqua relinquitur. **E**rrat autem sic a deo quotiens ratione utens potiusque intellectu/notione quandam sub divino lumine circa deum concipit non simplicissimam quidem atque stabilissimam/qualem intellectus purus augurari solet: sed mobilem potius atque multiplicem quam humana ratio confingere consuevit: ideoque longissime a divina summitate distans. **A**ppellatur autem eiusmodi notio mixta. quoniam ibi rationis actio divinas intelligentie species cum imaginibus imaginationis humane commiscet.

**D**ionysius.

**I**ntelleccus diuini circulo quidem moueri dicitur dum pulchri bonique splendoribus principio et fine carentibus coniunguntur. **R**ecta vero linea quando ad inferiorum prouidentiam prodeunt/recta omnia peragentes. **O**bliqua vero quoniam dum sequentibus prouident nunquam a propria identitate discedunt. videlicet circa pulchrum atque bonum identitatis causam indeficientem choream agentes. **A**nime vero motus circularis quidem est ingressus in seipsum ab externis. atque intellectualium eius virium glomeratio uniformis velut circulo quodam actum munus non erraticum ei largiens. eamque a multis extrinsecus circumfusus diuertens atque colligens: primo quidem in seipsum. secundo tanquam uniformem iam effectam singulariter unitis potestatibus copulans. tertio hinc ad pulchrum bonumque producens quod super omnia que sunt est unum atque idem/neque principium habens neque finem. **O**bligue vero mouetur anima. quatenus diuinis subrutilat notionibus/pro sua durat proprietate susceptis: non intellectuali quidem stabili sorte sed rationali discurrentes additione transuentibus. scilicet actionibus atque permixtis. **L**inea vero recta mouetur quando non ingreditur in seipsum nec intellectuali uniformique proprietate mouetur: hoc enim est (ut dixi) circuitus agere: sed ad externa procedens ab eis velut a signis quibusdam

.f. 8.



varijs multiplicibusq; ad simplices et vni-  
tas cōtēplationes erigit.

**I**psū pulchrum bonūq; est  
causa efficiens exemplaris. finalis  
conseruatix omnis status atq;  
motus et ordinis boniq; toti<sup>9</sup> re-  
rum omnium.

**A**marilius

**R**imū rerū prin-

**P**icipiū quod ex ipā quidē fecūdi-  
tate nature dicit ipm bonū / ex  
ipā vero intelligentie luce dicit ipm pul-  
chrum / est causa motus omnis recti / circu-  
laris / obliqui / tum in rebz incorporeis / tum  
corporeis. **A**ulroq; prius status omnis  
est causa / tum quia status perfectiōi prin-  
cipij propinquior est / tum quia in vnoq;  
precedit ac regit vniuscuiusq; motum: vi-  
delicet statum virtutis optantē. **C**on-  
clude / si status motusq; omnis causa de-  
u est / ipm omni statu motusq; superiorē  
esse. **E**st autem causa vtriusq; mōis quat-  
tuor / ex qua. per quā. ad quam. siue cuius  
gratia. in qua. id est. efficiens. exemplar.  
finalis. conseruans. **E**fficiens inquā / qā  
dum vnicuiq; dat essentiam essentialem  
q; virtutem: interim et perseverantiaz in  
essentia prestat et efficaciam admodū sub-  
ito properantē. **E**xemplaris quoq; quo-  
iam species modus et ordo vtriusq; desi-  
gnat penes deum. **F**inalis i<sup>9</sup>uper ad quā  
vtriusq; et intentio spectat: cuius gratia  
edit actio. **C**ōseruans deniq; quoniam et  
vt principium ac exemplar seruat ad de-  
stinatum tempus vnicuiq; munera semel  
data. **E**t vt finis quelibet ad se conuersa  
pro modo cuiusq; perficit atq; reformat.

**O**mnis essentia vitæq; mentis / anie-  
nature dependet ab ipā. **Q**uod quidem  
valde platonium est. **N**aturā scz infāni-  
mā corpusq; esse mediā vitæq; hñe. **P**u-  
tant em̄ mentē quidē esse vitā a corpibus  
alienā. **A**nimā vero vitā ad corpus ex q̄  
dam sui parte vergentē **N**aturā deniq; vi-  
tam quandā esse ex accessu anie ad corp<sup>9</sup>  
euestigio resultantē. **S**iue natura sit vni-  
uersalis sub aīa mundi / corpi infusa mū-  
dano siue particularis sub anima nra no-  
stro. **P**ost naturā **D**yonisius corp<sup>9</sup> pla-

tonico more disponit narrat: sane que p-  
tinent ad quantitatem vel continuā vel di-  
cretam. **E**t interim que spectant ad qua-  
litatem: et que ad vtrāq; et que comitantur  
atq; sequunt. quales sunt mensura / modi  
proportionis / harmonie. i. cōgruētie. mixti-  
ones seruata tamē discretiōe. i. vniuscui-  
usq; proprietate nature. **I**tem proprietates p-  
tium. **P**erfectiōes totius. **C**oncent<sup>9</sup> qui-  
bus partes partibz totiq; ligant. **P**reter-  
ea ordines cōparationesq; inter totum  
aliud: atq; totum atq; summarium et cete-  
ra. modis (vt dixi) quattuor ex bono pul-  
chroq; dependēt. **M**axime vero si in-  
de dotes anime. naturalis vicz: vel acq̄si-  
tus habitus animi. et sensus ratioq; et in-  
tellectus. atqui in hoc ipō intellectu / tum  
tactus. i. subitus pncipioz vniuersalium  
ve intuitus: tum scia conclusionuz argu-  
mentationibz cōparata / tum vno in ex-  
celso mentis excessu cum deo: deniq; fa-  
cta. **P**incipiū ordinis vniuscuiusq; p-  
priuz ex pncipio vniuersi depēdet. **Q**uic-  
quid igit in quouis ordine minus id ob-  
tinet vt sit efficiens aut finis vel exēplar  
vel cōseruario vel elemētale fundamētū  
vel pfectio formalis / hoc sane totū primi  
pncipij beneficio possidet. id est. ipi<sup>9</sup> bo-  
ni pulchriq; dono. **H**oc em̄ tanq; p̄mu-  
et vltimum omnia petunt. **D**eniq; et que  
sunt. id est sempiterna / et que non sunt. id  
est fluxa vel informia dependēt a princi-  
pio rez pmo modo quodā supra q̄ essen-  
tiali omnia cōtinentē. **Q**uod quidē et p̄n-  
cipium et finis est omnium / supra principij  
finisq; modū. nullā em̄ propterea cum se-  
quentibz proportionē habet: qualē ppria re-  
rum pncipia propriisq; fines habere vidē-  
tur. **N**ō autē dixit oēm infinitatē terminū  
q; illinc existere platonici philebi sensu i-  
tellige infinitatē capacitatis in materia  
atq; ania. **I**nfinatē p̄pagatōis in specie  
successionisq; in tempe. **T**erminū p̄o for-  
mas atq; pfectiones.

**D**yonisius

**I**psū bonū ac-

**P**ulchrum omni statu motusq; su-  
perius auctor est et cōseruator et finis ba-  
rū triū in mūdo motionū / atq; etiā sensu-  
bilium: multoq; prius vnicuiusq; mansio-

§ 2

5. 7.



num et statum atque firmitatem. Per quod sane bonum atque pulchrum status omnis ac motus existit. Ex quo et in quo et ad quod et cuius gratia hec omnia fiunt. Jam vero ex ipso atque per ipsum essentia vitæ omnis intellectus et anime natureque existit. Preterea paritates. equalitates. magnitudines. mensure omnes. proportiones rerum. congruentie. commixtiones. integritates. partes. quodlibet unum. quelibet multitudo. partium nexus. omnis multitudinis uniones. integritatum perfectiones. quæle. quantum. quotum. eiusmodi. infinitum. conjunctiones. discretionis. omnium infinitudo. omnis terminus. fines omnes. ordines. excessus. elementa. species quelibet essentia. quevis potentia/omnis actio. habitus omnis. sensus. ratio. intelligentia. tactus. scientia. unio. **¶** Atque simpliciter quæ quid est/ex pulchro bonoque existit / et in pulchro bonoque consistit. et ad pulchrum bonumque convertitur. Nempe quecumque sunt et vivunt propter pulchrum bonumque sunt et fiunt. Ad ipsum enim omnia spectant. Ab eodem moventur atque continentur. Preterea ipsius gratia et per ipsummet et in eodem est omne principium. exemplare. perficiens. efficiens. speciale. elementale. et simpliciter omne principium. quelibet conservatio. unusquisque terminus. Siue ut summatim dicam quecumque sunt ex pulchro sunt atque bono. Imoque non sunt ratione quadam plusquam essentiali in pulchro bonoque consistunt: ipsumque est omnium principium atque finis. super omnem principii finisque rationem. Quonia ex ipso atque per ipsum et in ipso atque ad ipsum omnia pendent. queadmodum sacrum testatur eloquium.

**¶** Omnia pro modo suo appetunt ipsum bonum atque pulchrum. que desiderio agunt quicquid agunt. item ipsum bonum amor sui omnia facit. **¶** Marsilius.

**¶** In effectum  
conditio sit/ut quocumque pos-  
sunt instinctu convertantur ad  
causam a qua processerunt: bonum  
vero pulchrumque sit omnium causa in omni  
genere causarum/merito ipsum appetunt omnia.

Due vices simpliciter sunt appetitu simpliciter naturali: que et sunt et sentiuntur appetitu infuso per sensuali: rationalia preterea rationali: intellectualia quæritur intellectuali. **¶** Quamvis autem ipsum appetant omnia/sola tamen rationalia intellectualiaque dicuntur amare: solus intellectus denique consequi. Amor quidem appetitus quidam est/non quilibetque/sed ardens concitatus anhelans. Est igitur ardentissimus quidam motus. Et queadmodum ardor in aere sequitur non lucem soli insitam prime/sed splendorem illic aeri prorsus infusus/sic amor erga bonum ardens non aliter ab ipso videtur accendi quam per intelligibile lumen intellectui rationique insertum. Siue motus ex alto subrogetur metibus. s. segregatis: siue per sensibile lumen gradatim ascendat ad ipsum. lumen vero intelligibile quidem pulchritudo prima est: et prima bonitatis imago: sensibile vero pulchritudo secunda: et imago secunda boni. Ipsum itaque bonum alioquin medio crit appetibile/per pulchritudinem suam splendoremque amore intus accessio ardenter appetitur et amatur. Quamobrem et quod novum gratumque intelligentie lumen non est adeptus/ut platonius ait: nondum intus habet deum. et quod non ardenter amat deum: his profecto nondum est lumen ipsum intelligibile consecutus. Preterea solus radius planetarum moribus causarum prebet efficientem atque finalem. Nam et calor eius insitus efficit ut moveantur: et cum primus movetur ad lumen vergit velut ad finem. Sili-ter ipsum bonum atque pulchrum et tanquam efficiens efficaciam prebet omnibus quæ moveantur atque ad id quod eis consentaneum est pro viribus annituntur: et tanquam finis gratia quadam singula circumfundit per quam alliciantur appetentia. Jam vero quoniam ipsum est primus amoris et amatum amorque primus/hinc habent omnia ut ament amenturque. Hinc omnes amores perficiuntur. Amores inquam genere quatuor. Amor superiora provocans ut inferioribus benigne provideat. Amor inferiora revocans ad superiorum virtutem vel similitudinem comparandam. Amor eorum que in eadem specie vel eodem genere vel ordine sunt/ad matrem in se rationem in conversando/dando/precipiendo. Amor unuscuiusque erga seipsum pro viribus conservandum. Tum vero dum omnia gratia finis alicuius atque bonum agunt quicquid agunt in singulis appetent



dis appetit ipm bonū. Sed qm nō soluz comoditatē: verū etiā ornatū vbiqz spectat/ qten<sup>9</sup> bonū/eaten<sup>9</sup> et pulchz spectare vident. ¶ Deniqz si qtenus vñquod qz est fit bonū atqz pulchz: eaten<sup>9</sup> et si bi et alijs est euaditqz amabile/ merito cōdicimus ipm bonū pulchzqz primum a seipso p̄sus amari. Et ipso aut sui ipius amore immēsam efficaciam possidente tuz necessario inextimabile quiddā in semet ipso p̄dit: rū pro arbitrio multiformes extrarulant diuinitatis imagines. i. rez omniū species. Que quidē quo amore in fiunt/ eodem mouent p̄ficiuntqz et seruantur atqz conuertunt.

¶ Byonisius

**I**sum ergo pul

chzū atqz bonū est omnibz appetibile. amabile. diligendū. Rursus ppter ipm eiusqz gratia inferiora quidem amant supiora: se ad illa vicz conuertendo. Que vero in eodē ordine sunt cōmunicādo inuicē p̄sortia diligūt. Sz p̄stantiora inferiora diligunt prouidendo. Et singula semetip̄a: se videlicet continēdo. Auncta deniqz quicquid agunt atqz volunt/ boni pulchzqz desiderio faciunt atqz volunt. ¶ Audebit et hoc vera rō dicere: ipam omniū causam ppter bonitatis exuberantiā omnia amare: omnia facere: omnia p̄ficere. cōtinere. cōuerrere. Est p̄fecto diuinus amor bonus. boni. propter bonū. Ipe em amor beneficus rez auctor cum antea in bono p̄orsus exubaret/ nō permisit ipm sine germine in se manere. Sed ad agendum mouit per excessū omnium genitorem.

¶ Benomine amoris. Et q̄ intentionem loquentis potius q̄ verba debemus perpēdere.

¶ Byonisius.

**E**mo uero nos

arbitres p̄ter sacraz litteraz auctore amoris nomen colere. Est enim irrationabile (vt reoz) atqz absurdum nō vim ipam instituti spectare: sz dictionibz inherere. Nec vero hoc ē hominū diuina volentiū intelligere: sed so-

nos dūtaxat nudos aucupatiū: eosqz tñ ad aures obseruantū/ interiora nequaqz penetrature. Neqz nosse volentiū/ qd potissimū talis significet dictio. Et quēadmodū deceat eam per alia tantundē valentia et apertiora verba nōnunqz exponere. Curiose nanqz versant in elementis et lineis intellectu carentibz: et syllabis dictionibusqz cognitionis expertibz: neqz ad intellectualē vim anime penetrātibz/ sed extrinsecus circū labia auresqz sonātibz. perinde ac si nō liceat quaternariū numerū exprimere per bis duo. figurāqz recti lineā per figurā lineas directas habentē interpretari. siue maternā humū per patriā declarare. vel aliud quoduis eorum que in pluribz orationis partibz tantundē significant.

¶ Quomodo imagiatio potest aliquid sine sensu. Ratio sine imaginatōe. Intellectus absqz ratōe. Deniqz habitus animi deo conformis potest vacāte iam intelligentia deo frui.

¶ Basilii

**De modo**

q̄ sensus interior. i. imaginatio: circa imaginanda se versat etiam vbi sensus exterior externū nihil in p̄sentia sentit/ sic et ratio circa excogitanda pōt argumentari nō nūqz imaginatōe vacante: multoqz magis altior intellectus simpliciora quedā simpliciter intueri: nō argumentāte vlti<sup>9</sup> rōne. Similr et vnitās apex anime p̄stantior intellectu: cum deo cōgruens intelligibile qdlibet excedente frui deo quādoqz pōt/ intelligētia vicz ad hoc interim non agente. Frui in quā per actum quendā cognitione qualibet vel excelsa sublimiorē. Lumē nāqz diuinū re qdlibet cognoscenda supi<sup>9</sup> attingi nō pōt nisi p̄ actū cognitōe quis excelsiorē/ ideoqz oculos nō habentē. Ocul<sup>9</sup> em ad cognitionē necessario p̄tinet.

¶ Verbis vrimur propter sensus. Sensus cū sensibilibus superflui sunt quādo intellectus itelligibilia penetrauit. Superflua et itelligē-



tiaquādo anim⁹ cū deo charitate  
cōiungitur.

¶ Dionisius

**E**cce autēz recta

ratione considerare nos elemen  
tis/syllabis/dictionib⁹/scriptu  
ris/sermonib⁹ vti sensu⁹ gratia. Quia p  
pter vbi noster animus intellectualib⁹ a  
ctionib⁹ ad intelligibilia se iam cōfert/su  
perflui sunt cum reb⁹ sensibilib⁹ sensus.  
Quemadmodū ⁊ vires intellectuāles su  
peruacue sunt/cum animus diuinā indu  
tus speciem per ignotā vnionē luminis i  
accessibilis: radios iam attingit pceptio  
nib⁹ quib⁹dā expertib⁹ oculorum. Quā  
do vero mens per sensibilia studet ad cō  
templatiuas itelligentias prouocari: illi  
pre ceteris sensuum vsus eligendi sunt q̄  
ad intelligenda planius introducunt: a  
pertioresq; sermones ⁊ que iter visibilia  
videntur expressiora. Nisi em̄ expressa fu  
erint que sensib⁹ occurrunt/ ne ipi quidē  
sensus sensibilia menti rite porrigere po  
terunt.

¶ Basilus.

**S**icut pulchritu

do ad humanā spēm prinēs nō  
in vllō hoīm/nec semel in cun  
ctis integra reperit/sed ex cūctis tandēz  
per mentē nostrā totā colligit/sic genera  
lis ipa rez oīm pulchritudo/ nec in aliq  
formaz specie nec cūctis inest/sed in vno  
diuine mētis sapiētieq; splēdore/ q̄ pma  
pulchritudo est velut fonte cōphenditur  
primā em̄ pulchritudinē Plato Dyoni  
siusq; definiūt intelligētie pme luce: ide  
is formaz pulchritudinūq; oīm coruscā  
tem. Ab hac intellectus quilibet procre  
atus est ad eā deniq; cōtuendā. Quisq;  
igit ad hanc toto mētis ardore cōuertit/  
vnitū habet amorē. oēs em̄ formas amat  
cōsequēt⁹ in vna. Qui vero extra illam  
ad pulchritudinē aliquā se diuertit: amo  
re statim in multa diuidit. Tū em̄ absolu  
tā pulchritudinē naturaliter optet/ neq;  
hanc inueniat vsq; vel singulis vel in cū  
ctis: merito passim sitibund⁹ oberrat per  
varia: sollicitus quorūdie q̄ritas quod i  
vno pmoq; se fūerat pquirendum.

¶ Noie amoris vtimur i diuinis  
tum quia efficacius illa significat.  
tum etiam vt vulgarem hui⁹ ne  
minis abusum auferamus.

¶ Dionisius.

**E**terū ne hec di

cere videamur sacra eloquia p  
uertētes/audiāt illa q̄ i appella  
tionē amoris calūniāt. Ama illā inq̄t ⁊ ser  
uabit te. Valla te illa atq; extollet te. ho  
nora illā vt te pplectat. Et quorūq; alia  
a theologis rōe quadā amatoria celebrā  
tur. Jā vero q̄busdā ex nostris sacrorū  
tractatorib⁹/visum est amoris nomē/di  
lectōis charitatis vt noie diuine eē. Scri  
bit em̄ ⁊ diuinus Ignacius. De⁹ amoris  
crucifixus est. Atq; in ipis instructio  
ad sacra ducētib⁹/quendā. i. Philonē de  
diuina sapia dicentē audies. Amatorēq;  
dem forme illi⁹ sum effectus. quāobrem  
nomē hoc amoris minime formidemus.

¶ Neq; nos vlla pturbet oīo ab hac ap  
pellatiōe deterres. Nibi sane videntur  
theologi cōe quidē arbitrari dilectionis  
amorisq; nomē: sed ppterea diuinis amor  
re ipm verū potius assignare. vt istiusmo  
di hoīm absurdā p̄sūptionē feriāt. Cū  
em̄ verus amor nō solū a nobis: s; etiā a  
diuinis eloquijs (quēadmodū diuinitas  
re decet) celebrētur/vulgus tñ vniforme  
illud appellatiōis amatorie cape minime  
potēs suo quodā amore ad particulare  
corporeū atq; diuisum amorē est lapsū.  
Qui pfecto nō verus est amor. s; imago  
qdā: vel poti⁹ ab amore vero ruina. vni  
tas em̄ ipa diuini vnusq; amoris a vulga  
ri mltitudine cōphendi nō pōt/ quāobzē  
quod multis nomē vidē ingratius/in di  
uina sapia ponit/ad illos erigēdos atq;  
puehēdos in amoris ipius veri noticiā  
atq; vt inde minus amoris appellationi  
succenseāt. Int nos aut vbi abiectio  
res ingenio nō nihil obscenum suspicari  
nōnūq; possint/vocabulo qd videat ho  
nestius scriptura vtēs inquit. Cecidit di  
lectio tua sup me: sic dilectio mulierū.

¶ Virtus amoris est vnire duo i  
vno quodaz tertio. copulare inui  
cem, cōmiscere ad nouū aliquid.



inde cōsolādom.

¶ Basilii

**T**ria cōsideravi

mus in sole. Primo quidē natu-  
ram. Scdo lucē naturalē. Ter-  
tio in luce naturali virtutē calefactoriā.  
¶ Tria ferme similiter cogitam⁹ in deo.  
Nā in bonitate diuina. i. potestate secun-  
da intelligētie lucē/tanq̃ pulchritudinē  
eius. in hac rursus amorē quasi calorem.  
Hic igit amor in bono pulchroq̃ consi-  
stens diligit oīa nō aliunde pēdēs: s̃z bo-  
ni pulchriq̃ sui p̃pagandi cōicandi imi-  
tandi grā. Sic quoq̃ rebo inde creat⁹ ac-  
census est amor: bonū pulchriq̃ deside-  
rans: sed bonū quidē suauiter: pulchrum  
vero admodū vebemēter. Dicit aut amor  
vnire/cōnectere/cōmiscere. vnire quidē  
duo quodā in vno tertio vtriq̃ cōi. Qua-  
tenus em̃ animi duo amēt idē ipm̃ diuiz  
bonū pulchriq̃ (quod est ipa vnitas) in  
hoc ipso sunt vnū. Rursus quātū alter di-  
ligit alterū inuicē cōnectunt. i. volūtate ⁊  
actione mutua copulant. deniq̃ mirifice  
cōmiscēt. Neq̃ nūc quidē de coitu vene-  
reo loquimur: sed de naturali quodam ⁊  
occulto mirabiliq̃ effectū/ q̃ ex mutuo a-  
mantū affectu sepi⁹ frēq̃ntato q̃nq̃ con-  
tingit. Sepe em̃ hinc mores/igenia/na-  
ture miscēt: vt ⁊ alter in his tribus alter  
imitet: et ex p̃p̃quo vtriq̃q̃ cōgressu no-  
uus ⁊ inopinat⁹ cōfletur effect⁹. ad hunc  
ipm̃ clā eoz spū cōferre quēadmodū fie-  
ri solet ex coitu planetaz. amor tandē est  
vinculū vniuerli: siquidē inferiora cōne-  
ctit ad supiora atq̃ vicissim ⁊ eq̃lia inuicē

¶ Byronius.

**S**uo illos aut

qui diuina recte audiunt nom̃  
dilectiōis amorisq̃ a sacris the-  
ologis in eadē potētia ponit: vbi exp̃me-  
re diuina conant. Est aut̃ hec ipa virtus  
quedā vnifica ⁊ cōnectens mirificeq̃ cō-  
miscēs: in ipso quidē pulchro bonoq̃ pro-  
pter pulchrū bonūq̃ p̃mo cōsistens: dein  
de vero ex pulchro bonoq̃ p̃pter pulchrū  
atq̃ bonū foras emicās. Vbi sane q̃ sunt  
eiusdē ordinis/alterna continet cōione.  
P̃iora vero ad inferiorū puidētiā mouet  
inferiora deniq̃ cōueritiōe quadā supio-

ribus alligat.

¶ Amor impellit amātem i amā-  
tum se trāsferre. motionūq̃ et ac-  
tionū oīm est p̃icipiū. ¶ marfi.

**C**ognitio et amor

hoc iter se maxime differūt. qđ rē  
quidem externā cognoscim⁹ pro  
rōne forme imaginisq̃ rei/ quam int⁹ ipi  
iam habem⁹. atq̃ ad hāc in p̃mis aciem  
mētis intēdimus. Amam⁹ aut̃ qđ bonū  
iā iudicauim⁹ p̃ natura ipius bōi: eaq̃ q̃  
lis in seip̃a est frui. p̃sus appetim⁹. Quam  
obrē amor dī amāte extasim facere. id ē  
excessum quēdā quo quasi extra se tradu-  
cit in amātū. Et igit cōgiscēdo qđē quasi  
rem cognitā ad nos traham⁹. amādo p̃o  
vicissim trahā⁹. vicz nos ad ipaz. nimirū  
inferiora quidē sati⁹ ē cognoscere q̃ ama-  
re: supiora p̃o p̃stat amare q̃ nosse. ¶ Qđ  
igit p̃physici tradūt mot⁹ actōesq̃ oēs ab  
inclinatōe siue naturalī ifita seu quōuis  
infusa pcedere. q̃ cessante desinit statim  
t⁹ sit ⁊ actio: possum⁹ amori p̃sus accōmo-  
